17. a. 5 –
2 o –

Caja
C-34

Las ed. mas antiguas son del 1480.
Bern. de Vitalibus impresor de este libro
comenzó el arte algunos años despues.

B. 30. 934

# REGIMEN SA-NITATIS CVM EXPOSITIONE MAGI-STRI ARNALDI DE VILLA NO-VA CATHELLANO NOVI-TER IMPRESSVS.

C. D. 61 (09)
(1)

Del Collegio dela Comp.ª de Jhs de Granada



BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

# INCIPIT REGIMEN SANITATIS SALERNITA- num excellentiſſimum pro conſeruatione ſanitatis totius humani generis perutiliſſimum: necnō a magiſtro Arnaldo de Villa noua Cathellano omnium medicorū uiuentiū gēma utiliter: ac ſm omnium antiquorꝫ medicorꝫ doctrinam ueraciter expoſitū: nouiter correctum ac emendatum ꝑ egregiſſimos ac medicinę artis peritiſſimos doctores Montiſpeſſulani regentes. Anno. M.cccc.l.xxx. predicto loco actu moram trahentes.

¶ Iſte libellus eſt editus a doctoribus Salernienſibus in quo inſcribunt multa & diuerſa ꝑ conſeruatione ſanitatis humanę. Et edit⁹ eſt iſte liber ad uſum Regis Anglię. Et in textu lecto auctor pōit octo documēta gñalia ꝑ conſeruatione ſanitatis: de qbus poſtea ſpāliter ꝑ ordinē determinabit.

Anglorꝫ regi ſcripſit ſchola tota ſalerni
Si uis icolumē: ſi uis te reddere ſanū
Curas tolle graues iraſci crede ꝓphanū
Parce mero cenato parū: nō ſit tibi uanū
Surgere poſt epulas: ſomnū fuge meridianum
Non mictū retine: nec comprime fortiter ānū.
Hæc bene ſi ſerues: tu longo tēpore uiues.

Primū ergo documentū eſt ꝙ hō: ſanus uolēs uiuere debet ab eo remouere graues curas. Nā curę exſiccant corpa: ex quo triſtificant ſpūs uitales: mō ſpūs triſtes exſiccāt oſſa. Et ſub iſto documento etiā cōprehendi debēt triſticię q̄ ſimiliter corpa exſiccāt & infrigidāt maciē & extenuationē inducūt: cor ſtrigūt: & ſpūm obtenebrant: ingenium ebetāt: & rōnē impediūt: iudiciū obſcurant: & memoriā obtundūt. Verꝫ tñ aliq pingues & carnoſi ſunt ſpūs adeo nobiles & callidos hñtes ꝙ eis interdū bonū eſt triſtari: ut ſpiritus calor ebetet: & corpus aliq̄liter maceret. Secūdū documētū eſt nō iraſci. Primo qa ira ſimiliter corpa exſiccant: cū ipſa ſummę ſingula mēbra ſupcalefaciat. Nimia autē calefactio ſiccitatē inducit: teſte Auic. i. doc. iii. c. i. Secūdo qa ira ꝑꝑ feruorem cordis oēs actus rōnis cōfundit. Aduertēdū tñ eſt ꝙ qdā frigidi ſunt & maleſiciati: qbus interdū iraſci ꝓdeſt in regimine ſanitatis: ut in eis calor excitet. Tertiū eſt parce uti potu uini: nimia. n. repletio uini ſomnolētiam



BIBLIOTECA UNIVERSITA[...] DE

pigritiã debilitatẽ mẽbroꝝ:debilitatẽ ſtomachi:& multa alia his ſimilia inducit:de qbus poſterius magis patebit. Quartũ eſt paꝝ cenare:qꝛ nimia nocturna repletio dolorẽ in uentre inducit:ac inqetudinẽ inſomnietatẽ & anguſtiã ꝑut manifeſta patet expiẽtiã:& īferius magis declarabit. Quintũ eſt ſurgere poſt cibũ ſumptũ:qđ facit ad digeſtionẽ:ꝓpterea ꝙ cibũ ſumptũ facit deſcẽdere ad fundũ ſtomachi in quo uiget uirtus digeſtiua. Sextũ eſt nõ dormire poſt prandiũ:cuius documẽta poſtea tãgunt in textu ibi. Febris pigrities. Septimũ eſt nõ diu retinere urinã. Ex nimia .n. urinę retentione aliqñ ſequit difficultas mingẽdi:aut oĩno ꝓhibitio a mictu:ut teſtat Auic. xix. in trac. ii. c. de difficultate urinę. Similiter ex nimia retentiõe fecali plura ꝑueniũt nocumẽta. Indurant .n. feces in inteſtinis pp cõtinuã ſuctionẽ uenaꝝ miſeraicaꝝ cũ inteſtinis cõtinuatarum oẽm humiditatẽ a fecibus ſugentiũ:& ſic remanẽt ſicce. Difficilis exitus inteſtina oppilans:ad quã oppilationẽ pp uentoſitatẽ:eductionis prohibitionẽ & aliaꝝ ſecum acetuationẽ ſequunt nocumẽta in textu poſterius poſita:ibi Spaſmus &c. Octauũ eſt non fortiter cõprimere anum:ex hoc enim ſequitur tenaſmon ſiue exitus longaonis. Vlterius ſubdit autor qđ omnia iſta debite conſeruans longo tempore ſanus uiuere poterit.

Si tibi deficiant medici:medici tibi fiant.
Hęc tria:mens leta:requies:moderata dieta.

¶ Autor in hoc paſſu tãgit tria remedia generalia ꝑ cõſeruatiõe ſanitatis naturę humane:& ꝑcipue ipſoꝝ nobiliũ. Primũ eſt ꝙ animus hoĩs debet eſſe letus & gaudens:cũ leticia ſiue gaudiũ ętatẽ floridã facit hoiem in iuuẽtute cõſeruat:uirtutẽ cõfortat: uitã ꝓlongat:ingeniũ acuit. & ad ſingulos actus hoiem abiliorẽ reddit. Et debet iſtud gaudiũ in regimine ſanitatis cõueniẽs eſſe tẽpatũ & nõ exceſſiuũ:qa exceſſiuũ ſincopim & mortẽ inducit:& maxime gaudiũ cõpetit his q multũ curãt & ſollicitudinibus deſtruunt. Et põt in ipſis de nouo acqri ꝑ uſum cibi & uini delectabiliũ & dimiſſiõe eoꝝ q̃ triſtitiã inducũt:& inhabitare cũ ſibi dilectis & ſimilibus qbus uirtus cõfortat. teſte. Auic. xi. in. c. de caſu uirtutis ſubito ſic dicẽte. Et ſcias ꝙ uirtus augmentat cibo & uino ſubtili cõueniẽtibus & odoribus bonis: ex tranquilitate & gaudio & dimiſſione eoꝝ q̃ cõtriſtant & rixari faciũt:& renouatione reꝝ amabiliũ:& habitatiõe cũ dilectis. Secũdũ eſt trãqlitas animi. Nobiles .n. pp nimis magnas & diuerſas curas q̃s hñt plꝰ ledunt ceteris paribus q̃ q mediocres ſunt. Inqetatio uero mẽtis ſomnũ maxie impedit q nobilibꝰ ſũme utilis eſt:q cõiter naturę ſiccę ſũt:atq; colericę:

qbus p maxie ſomnus eſt utilis. Tertiũ eſt moderata dieta.i.moderata ſũptio cibi & pot⁹. Nocumẽta uero ſupflui cibi & potus poſtea dicem⁹.

Lumia mane manus ſurgens gelida lauet aqua.
Hac illac modicũ pagat:modicũq; ſua mẽbra
Extendat:crines pectat:dentes fricet:iſta:
Confortant cerebrũ:confortant cetera membra
Lore:cale:ſta:pranſe:uel frigeſce minute.

¶ In hoc textu autor ponit. vi. documẽta qbus cerebrum cõfortatur:& ſimiliter ſingula corporis mẽbra. Primũ eſt: poſtq̃ hõ de mane ſurrexerit debet lauare oculos in aqua frigida: mundari enim debent ut ab eis remoueantur ĩmundicie palpebris adherentes:& circa oculos exiſtentes, ne ab ipſis oculi corrodantur. Et iſtud ſatis innuit Auic. in trac. ca. de rememoratione conſeruationis ſanitatis oculi:& rememoratione eorum quę nocent ipſi:ut dicit. Ex eis autem quę abſtergunt oculum & acuuñt ipſum eſt ſubmergi in aqua clara & aperire oculum in ea. Et idem uult trac. iiii. c. de cura debilitatis uiſus dicens. Et ingredi aquam claram uiri dem & ſubmergi in ea & apire ambos oculos in ea ẜm quantitatem qua poſſibile eſt. Eſt ex eis que ſeruant ſanitatem oculi & confortant ipſum & ꝓprie in iuuentute: Cauſa ãt quare oculi magis debent lauari in aqua frigida quã calida eſt: quia unũquodq; conſeruač ſuo ſimili: ut dicit Auic. in.i.c. Et iõ uult Gal. ĩ ter. canone illo. Calidiora calidioribus indigẽt adiutoriis. frigidiora frigidioribus: ſed ſic eſt. ſi oculi ſunt frigidę naturę: ergo potius debent lauari aqua frigida q̃ calida. Secundum eſt ꝙ homo debet lauare manus: quia ſunt inſtrumenta quibus mundantur organa per que exeunt ſuperfluitates cerebri: ut ſunt aures: oculi: nares. Et ergo ob hoc manus debent eẽ munde. Plus tamen debent lauari in aqua frigida q̃ in calida: quia lotio manuum in aqua calida genera uermes in uentre:& hoc ſpecialiter dũmodo manus in aqua calida lauantur poſt ſumptionem cibi: ut innuit Auic. xvi. in trac. v. c. i. ubi agit de uerminibus in uentre genitis. Et ratio eſt: quia per lotionem manuum in aqua calida poſt ſumptionem cibi trahitur calor naturalis quo completur digeſtio ĩ ſtomacho ad extra: quare imperfecta fit digeſtio: quæ potiſſima cauſa eſt uermium. Tertiũ eſt quod poſtq̃ homo ſurrexerit a ſomno debet paulatim incedere ſiue ſe mouere. Cuius cauſa eſt ut ſuperfluitates primę & ſecundę digeſtionum quæ ſunt feces & urina deſcendant & preparentur faciliori euacuationi. Quartũ eſt quod poſtq̃ homo ſurrexerit a ſomno

debet extẽdere manus & pedes & alia membra. Cuius cauſa eſt: ut trahantur uitales ſpũs ad mẽbra exteriora: & ꝑ hoc ſubtiliantur ſpiritus cerebri. Quintũ eſt ꝙ debet crines pectere. Cuius cauſa eſt: ut aperiantur pori per hoc capitis & exeant uapores cerebri derelicti poſt ſomnum & ſubtilient eius ſpiritus. Vnde uſus pectinis multum confert uiſui & maxime ſenſibus prodeſt. Vnde dicit Auic. iii. in. trac. iiii. c. de cura debilitatis uiſus: Adminiſtratio pectinis ſuper caput iuuatiua eſt & confert ꝓpriẽ ſenſibus. quare oportet ꝙ miniſtretur omni die multotiens: quoniam attrahit uapores ad ſuꝑiora & mouet eos a parte oculi. Sextum eſt ꝙ hõ debet mũdare & fricare dẽtes. Cuius cã eſt: qa ĩmũdicies dẽtiũ eſt cã fetoris anhelitus: ſimiliter a dẽtibus ĩmũdis ſpũs ĩmũdi eleuant ad cerebrũ ipſum ꝑturbãtes. Præterea cõmixtio limoſitatis dentiũ cũ ipſo cibo ad ſtomachũ miſſa eſt cã corruptionis cibi in ſtomacho. Modũ aũt conſeruandi ſanitatẽ dentiũ & bonitatẽ odoris eoꝝ tangit. Auic. vii. in. c. de cõſeruatiõe dẽtiũ ſub his uerbis. Et ex eo q̃ cõſeruant ſanitatẽ dẽtiũ eſt ut colluat os ĩ mẽſe bis cũ uino in quo decocta eſt radix titimalli. Eſt. n. ꝓueniẽs ad ultimũ ĩ faciẽdo bonũ odorẽ: & nõ aduenit faciẽti illud dolor dẽtiũ. Vlterius autor ĩ ultimo uerſu ſubdit aliq̃ p̃cepta gñalia. Primũ eſt ꝙ hõ lotus ſtupha uel balneo debet ſe tenere calidũ: qa tũc pori ſũt apti: & ſic de facili frigus poſſet ſubintrare: & magna nocumẽta corꝑi inferre. Aliud eſt ꝙ poſtq̃ hõ ſũpſerit cibũ debet modicũ ſtare: ut cib⁹ ꝑfecte deſcẽdat ad fundũ ſtomachi ĩ quo cõplet digeſtio: deĩde lente ãbulet & nõ fortiter: ne ꝑꝑ motũ fortẽ calor trahat ad ꝑtes exteriores: & ꝑ hoc impediat cibi digeſtio. Aliud eſt ꝙ hõ frigid⁹ debet cauere ne ſubito ſe calefaciat: ſed paulatim. Mutatiões. n. ſubite naturã ledũt. Oĩa. n. extra naturã moleſta ſunt: ut dicit Gal. in cõmẽto illius canonis ſm multũ & repente.

Sit breuis aut nullus tibi ſomnus meridianus
Febris: pigricies: capitis: dolor atq̧ catarrus
Hæc tibi proueniunt ex ſomno meridiano.

¶ In hoc textu tãgit autor quatuor nocumenta quæ ꝓueniũt ex ſõno facto poſt prandiũ. Quoꝝ primum eſt ꝙ ex ſomno meridiano ſolet ſeq febris qđ aliq putant uerificari de febre ꝓueniẽte ex oppillatiõe cãm iſti⁹ febris reddẽtes: qa tꝑe diei calor & ſpũs mouẽt ad exteriora: & ſic uirtus digeſtiua ĩ die eſt debilis. Digeſtio. n. ꝑfecta eſt qñ calor & ſpũs ad ĩteriora mouẽt: ꝑꝑ quoꝝ motũ calor naturalis ĩcẽdit. Et ſic tp̃s noctis ẽ tp̃s ꝑfectionis digeſtiõis. Indigeſtio. n. & cruditas

humoꝝ eſt cã oppillatiõis: q̃ oppilatio eſt cã febris: ſm Aui. in. IIII. ĩ plu‑rib⁹ paſſibus. Secũdũ nocumẽtũ eſt pigricies: q̃ ex eadẽ cã uidetᷣ oriri. Ex materia. n. ĩdigeſta & groſſa: groſſi eleuãtᷣ ſpũs: q moti ad mẽbra corpis grauedinẽ corpi: inducunt: queãdmodum ſpũs ſubtiles & leues leuitatẽ animi & corpis inducũt. Terriũ eſt dolor capitis: q etiã ex eadẽ cã puenĩ re uidetᷣ. Ex cibo. n. indigeſto in ſtomacho eleuantᷣ groſſi ſpũs cerebrum pturbãtes: q ſpũs ſunt cã diſcoloratiõis ẽt faciei qñ ad cutẽ mouentᷣ: quia ubi eſt materia groſſa. neceſſe eſt qcqd ex tali materia diſſoluitᷣ eſſe groſ‑ſum: ut innuit Gal. in cõmẽto illius amphoriſmi. Et q creſcunt ſic inqui‑ens. Quicqd. n. de qualibet re diſſoluitᷣ: ei uñ diſſoluitᷣ neceſſe eſt ut aſſi‑miletᷣ. Quartũ nocumentũ eſt catarrus: q ſimiliter ex eadẽ cã uᷣ oriri. ſ. ex reumate. Reuma. n. dicitᷣ oĩs fluxus materię de mẽbro ad mẽbrum in quacũq; parte corpis fuerit. ſed ſm ꝙ ad diuerſas ptes corporis fluit: di‑uerſa ſortitᷣ noĩa. Qñ. n. mouetᷣ ad pect⁹ ſiue ad mẽbra ſpũalia uidelicet ad pulmonẽ: dᷣ catarrus. Sed qñ fluit ad fauces ſiue ad colatoriũ palati. dicitᷣ brancus. Et qñ fluit ad nares dᷣ coriza: ut habetᷣ in illis uerſibus.

Si fluat ad pectus dicatur reuma catarrus.
Ad fauces brancus: ad nares dico corizam.

ℭ Præter tñ predictorũ nocumẽtoꝝ cãs narratas alię pñt aſſignari magis efficaces.

Cauſa nanq; primi nocumenti. ſ. febris q̃ aliqñ eſt effimera: aliqñ putri‑da. eſt febris qdẽ effimere retẽtio fuliginũ in ſomno diurno: quarũ reſo‑lutionẽ uigilia facere cõſueuerat. qbus aceruatis & ſpiritibus admixtis ĩ eis accẽditᷣ calor extraneus cauſans febrẽ effimerã. Febris uero putride putrefactio humiditatũ multiplicataꝝ ex ſõno diurno ad cor effumãtiũ. Secũdũ uero nocumentũ. ſ. pigritia cõtingit pp humiditates per ſomnũ diurnũ retentas circa muſculos cordas & iuncturas: qbus torpeſcunt & tarde reduntᷣ ad ſolitos motus. Tertiũ uero nocumentũ ex ſimili cã oritᷣ . ſ. ex humiditatib⁹ & uaporibus p ſomnũ meridianũ retẽtis: q moti uer‑ſus caput & cerebrũ dolorẽ ingerũt. Quartũ uero nocumentũ uidelicet catarrus: quo uniuerſaľr oẽ reuma ſignificatᷣ cõtingit ppea qa uapores & fumi q undiq; p cutẽ hora uigiliaꝝ reſolui ſolẽt ĩ ſomno diurno ad caput tẽdũt: ubi inſpiſſati recidũt interius reumatizãtes. Auic. aũt. in. I. c. fen. III. do. II. c. Ix. alia ſupaddit nocumẽta ſomni diurni quoꝝ primum eſt ge nerare ęgritudines humidas, ut guttas & paraliſes ex retentiõibus hum ditatũ q̃ de die magis reſolui ſolẽt. Secundũ eſt corruptio coloris faciei pp humiditates, aquoſas urinę ſimiles ĩ ſanguine multiplicatas ex ſomno

diurno: reſolui ſolitas tẽpore uigiliarum: q̄ ad faciei cutẽ cũ ſanguĩe expulſe reddũt eã tumidã & declinantẽ ac citrinitatẽ. Tertiũ eſt gñatio ſplenis. i. ſplenetice paſſiõis in diſpoſitis ad eã. Cuius cã eſt retẽtio humoris groſſi melancolici in ſplene ex ſomno diurno. ſicut. n. iuuant uigiliç motũ & liberum trãſitũ huius groſſi humoris p cãnales ſtrictos cũ calore diei uias apiente. ſic ſomnus ĩpedit maxime diurnus. cũ tunc inſtet hora ſm pluri mũ tranſitus melancoliç p cãnales ſuos. & maxime p illũ cãnalẽ: qa ſplen tranſit ad orificiũ ſtomachi gr̃a prouocationis appetitus per quem ſplenis ſupfluitas emundari ſolet. Non. n. conuenit ut de nocte prouocet ſe de die potius appetitũ cibi. Quartũ eſt relaxatio neruorum ſeu remolitio eorum. Cuius cã eſt phibitio reſolutiõis humiditatũ quã facere ſolẽt uigiliç diur nç q̄ interius retente neruos imbibũt. Quintũ eſt debilitatio appetitus. Cuius cã eſt phibitio reſolutionis q̄ eſt prima cã famis: alia cã eſt repletio ſtomachi ex fumis uaporibus & humiditatibus remollientibus & ſaturã tibus orificiũ ſtomachi. Sextũ eſt generatio apoſtematũ. Cuius cã eſt: qa ſupfluitates p ſomnũ diurnũ multiplicate colligunt̃ ſçpe in aliquo mem brorum: & ip̃m intumeſcere faciũt. Et ulterius di. Aui. φ due de potiorib⁹ cauſis pp quas nocet ſomnus diurnus ſunt. pria qdẽ: qa cito ĩterrũpit̃ propterea φ calor diei trahit uerſus exteriora calorẽ corpis. & ecõtra ſõnus ad interiora. Vñ motus prouenit agitatiuus. & iõ cõſulit̃ tũc dormire uolẽ tibus qđ in umbra dormiãt: & ĩ tenebroſo loco. ſcda uero ppea qđ reddit naturã ſtupidã & q̄ſi pterritã retrahẽtẽ ſe ab eo in quo erat. ſ. a digeſtione cibi. Aduertẽdũ tñ eſt qđ licet ſõnus diurnus gñaliter uitupet̃ & nocturnus cõmẽdet̃. ex diurno tñ ille minus uitupat̃: qa mane ẽ uſq; ad tertiã. ſ. ab ortu ſolis uſq; ad tertiã poſt ip̃m. Iuxta illud hypocratis pnoſticorum ſcda dicẽtis. Sõnus ut moris eſt conueniẽs & naturalis ut noctẽ nõ effugiat & diẽ nõ impediat eſt laudabilis. cõtrarius uero eſt ĩprobandus: minus tñ ſi a mane uſq; ad tertiã tenuerit. Quãq̄ tñ ſomnus diurnus & meridianus ĩtãtũ a primis medicinç inuentoribus deteſtet̃. moderno tamẽ tẽpore non oĩs ſomnus diurnus eſt uituperandus: & pprie ſi in eo gnq; cõditiones obſeruant̃. ut uult Bartrucius. Prima eſt ut ſit cõſuetus: ſecũda ut nõ ſit illico ſupra cibũ: tertia ut nõ ſit capite depreſſo: quarta ut nõ ſit lõgus: gnta ut nõ fiat ab eo ſubito ſtupida & repẽtina expgefactio: ſed moroſa.

Quattuor ex uento ueniunt in uentre retento:
Spaſmus: idrops: colica: uertigo q̄ttuor iſta.

¶ In hoc textu autor ponit quattuor nocumenta proueniẽtia ex retẽtiõe uẽtoſitatis in corpe noſtro quorum primũ eſt ſpaſmus cuius cauſa eſt

qa uentoſitas retẽta ſepe capit raptũ adiuncturas:& neruos ipſos replẽs ex quorum repletione ſequitur ipſoꝝ contractio que uocatur ſpaſmus. Et ab Aui.ii.in.ca.de ſpaſmo:ſpaſmus ſic diffinitur. Spaſmus eſt egritudo neruoſa:qua mouentur lacerti ad principia ſua & inobedientes ſunt in dilatiõe eorũ: Et iſte ſpaſmus eſt duplex. Nã quidã eſt ex repletione in quo mẽbrũ abbreuiat̃ & ingroſſat̃ pp rẽ implentẽ:ſicut coriũ aut coriri gia cũ eſt res ĩplẽs abbreuiat̃ & ingroſſat̃. & iſte ſpaſmus fit ſubito: Alius eſt ex inanitiõe in quo cõtrahit̃ lõgitudo & latitudo & minorat̃ mẽbrum ſm lõgũ & latũ:ſicut in pgameno:cũ apponit̃ igni fit cõtractio ſm lõgũ & latũ:& iſte ſpaſmus fit paulatim. Secũdũ nocumentũ eſt ydropiſis: q̃ eſt morbus materialis cauſatus ex re frigida plurima ĩgrediẽte & inflãte mẽbra aut loca partiũ:ĩ q̄bus regimẽ.i.digeſtio ciboꝝ fit & humorũ:ut dicit Batrucius. Ydropiſis.n.non generat̃ niſi cũ ſanguis nõ generat̃:ut dicit Gal.vi.pticula amphoriſmoꝝ in cõmento illius. Emoroides ſanãti antiq̃s. Et ẽ triplex ydropiſis.ſ.ypozacha:aſclites:& tĩpanite:& de tĩpanite intelligit̃ iſtud:ſm nocumẽtũ. Timpãite.n.ut dicit Bartrucius fit a mala cõplexione frigida ſtomachi & epatis ꝓhibẽte cibũ trãſmutare in chilũ & humorẽ benignũ aut ſanguineũ:q̃re cõuertit̃ in rẽ uẽtoſam q̃ dũ nõ expellit̃ p eructuationẽ aut aliũ de oppilatiõe uiaꝝ ꝓhibẽte uel uirtute expulſiua:uel ſequeſtratiua:ſeu ſupfluitatũ debili exiſtẽte colligit̃ iter ciphac & mirach uẽtris & cauſat ydropiſim. Tertiũ nocumẽtũ eſt colica q̃ eſt egritudo multũ doloroſa:facta in inteſtino dicto colon:qđ eſt unũ de inteſtinis groſſis:quẽadmodũ yliaca eſt egritudo doloroſa facta in inteſtino gracili dicto ylion:& fiũt iſte egritudines ſepe ex uẽtoſitate ĩcluſa in dictis ĩteſtinis. Quartũ nocumentũ eſt uertigo & eſt egritudo cũ qua ut̃ hoĩ ꝙ oĩa uoluant̃ ĩ girũ. Cuius egritudinis cã ẽ uẽtoſitas ad cerebrũ mota q̃ pp eius in cerebro motionẽ uertiginẽ facit. Et iſta quattuor nocumenta cũ q̄buſdã aliis pulchre cõmemorat. Auic.xviii.in.c.de rebus q̃ nocẽt colicis dicẽs. Et ſcias ꝙ retẽtio uẽtoſitatis multotiẽs facit accidere colicã: ꝓpterea qđ ſubleuat eã & reprimit ipſam : ita ut aggreget̃ res una & qđ facit accidere debilitatẽ in inteſtinis. Et qñqȝ perducit illud ad ydropiſim. Et quãdoqȝ generat tenebroſitatẽ & uiſus uertiginẽ & epilenſiam. Et quandoqȝ retinetur in iunctura:& facit accidere ſpaſmum.

Ex magna cena ſtomacho fit maxima pena
Vt ſit nocte leuis, ſit tibi cena breuis.

¶ In hoc textu autor ponit unũ documẽtũ ꝓ cõſeruatione ſanitatis dicens: qđ homo in cena debet eẽ ſobrius & ſe nõ multũ cibo replere: qa nimia repletio nocturna ĩducit impedimẽtũ ſomni:tortionẽ uẽtris : ingetudinẽ

corpis puſtulas in facie:grauitatẽ capitis imane.& malitiã oris. Dubiũ iam incidit utrũ maior q̃titas cibi ſit ſumẽda in prãdio q̃ in cena. Pro cu ius deciſiõe aduertẽdũ eſt qđ ſm diuerſitatẽ corpoꝝ:maior aut minor q̃titas cibi ſumẽda eſt in prãdio q̃ in cena:qa corpa aut ſunt in morbum decidẽtia:aut ſub latitudine ſanitatis. Si in morbũ deciderint:aut cũ hu moris uitio aut ſine humoris uitio. Si ſine humoris uitio:ſic eſt magis ce nãdũ. Cuius rõ eſt:qa natura in talibus ſolũ eſt ciboꝝ digeſtioni intẽta: nõ ãt ſupfluitatũ maturationi:carẽt.n.eis qđ ſi cũ humoris uitio patiãt cõueniẽtius ẽ prãdio maiore.unñ Auic.i.iii.in trac.y.c.de cura epilẽſie. Ille cuius cõſuetudo nõ tolerat ut ſemel reficiaꝛ:diuidat cibũ ſuũ q ẽ mi nor refectione ſua in tribus ptibus:& ſumat duas tertias in prãdio & ter tiã in cena poſt exercitiũ ſubtile rõne ſic pſuadeꝛ:qm̃ illo tpe ꝑ quo natu ra debilis iuuaꝛ in digeſtione calore ſolari uiuiſico:& reſoluunꝛ amplius ſupfluitates amplior ſumẽdus eſt:hoc ãt magis fit in prãdio q̃ in cena: ergo &c. Præterea in die calor uitalis adeſt ſolaris & locis digeſtiuus cũ ſit uitę prĩcipiũ:q̃re ad digeſtionẽ diurnalẽ:tũc duplex operabiꝛ calidũ: nocte uero nõ. Et etiã nocte natura magis eſt circa ſuperfluoꝝ digeſtio nẽ in talibus intẽta:nõ eſt ergo impediẽda multa ciboꝝ exhibitiõe. q̃uis .n.calor in pleriſq; fortificeꝛ in nocte ſpirituũ retractione & ſomni redu ctione nõ tñ põt hmõi calor duo:ut alimẽtũ & ſuperfluitates digerere. Cõuenit itaq; in his cenã breuiare. Si uero hmõi corpora ſub latitudine fuerint ſanitatis:aut ſunt ſufficiẽter ſana robuſta ſupfluitatibus ſenſibili bus carentia:cũ oẽs expellãt ſua uia:ut athlete:& hos expedit cena maio rare. Tu qa natura eoꝝ nocte ſolũ ẽ digeſtioni ciboꝝ intẽta:& nõ ſuper fluoꝝ maturatiõi:cũ illis ferre careãt. Tũ qa ſolũ robur corpis intẽdũt: qđ & nocte acquiriꝛ magis cum amplior fiat ſanguificatio diſtributio & ſpirituũ in his gñatio. Sit aũt corpora fuerint a dicto tpamẽto & robore diſtãtia:ſicut ſunt plura uſq; in ęgritudinẽ nũc deueniẽtia:talia aut exer citanꝛ exercitatio forti cõtinuo & uehementi:aut nõ : ſi ſic:ut ſunt uictũ manibus q̃rentes:melius eſt eis prãdiũ ſup cenã maiorare. Cuius cã eſt: qa alimentũ nõ ſolũ expetiꝛ pp nutrire:ſed ꝓpter humectare mẽbra ac irrorare ne areſiãt ex forti motu:& reſiſtaꝛ reſolutioni caloris:ꝓpter qđ oportet plus cibi exhiberi in prãdio:neq; ꝓpter exercitiũ talia corpora ceſſant ab eoꝝ digeſtiõe:cũ ita ſint ɔſueti. Vſus.n.eſt res p̃ter naturam. Eſt & calor uehemẽs ꝓpter exercitiũ potẽs ſup digeſtionẽ in eis : ꝓpter qđ uidemus eos ter in die cũ appetitu comedere & bñdigerere. Si ãt nõ utanꝛ forti & laborioſo exercitio cõtinue ſicut predicti : dupliciter illud euenit:qa aut ſolũ qñq; utunꝛ exercitio forti & laborioſo & nõ continue: aut:ſolũ utunꝛ exercitio debili.cum quo ſtat multiplicatio ſupfluitatũ.ſi utãꝛ exercitio plurimo forti & laborioſo ꝓpter occupatiões neceſſarias

in uita & ad ſalutē:ſicut ciuiles uiri q̄ plures circa bona fortunæ negociā tes ad ſalutē interdū exercitio forti & laborioſo mouent̄:& diu eqtantes uel itinerantes: aut aliud quoddā fortius a cōſueto agentes exercitio: & his utilius eſt cenā ſup prādium amplius augere. Cuius rō eſt: qa ſi tales prādiū augerēt cū ñ ſint cōſueti adeo forti & laborioſo exercitio agitari ut priores ipſorꝫ: iā corrūperet̄ digeſtio: malorꝫ humorꝫ generatiua. Itē pp motū ſupfluū calor horꝫ diſſeminatiōe eſt debilitatus: cuius quidem unitio q̄ magis nocte fit q̄ die potiſſima eſt fortitudinis & digeſtiōis cā: q̄re in cena inſtāte nocte alimētū amplius pōt adminiſtrari. Itē iſti prius nō laborioſo utebant̄ exercitio: & ſic corpus eorū humiditatibus plenū eſt: qbus & paruo cibo ſufficiēter pōt reſiſti reſolutiōi & exſiccatiōi factis p motū in die occurrētē. Si uero paucis debilib⁹ exercitiis & paruis occupatiōibus in uita utant̄: p̄cipiendū ē ipſis melius prādere q̄ cenare. Et declarat̄ ſicut iſtud ni corpibus nūc ęgrotātibus apparuit. Cū. n. hi ſunt debilis digeſtiōis: ut plurimū iuuāt̄ p calorē ſolis & lucē: ualde uiuificos: cōfortant̄. n. inde ſpūs ꝓpter ſuū ſimile. Ipſe. n. eſt lux: aut effigiē habet lucis ſm Aui. Iuuat̄ etiā qa ſupfluitates: tūc melius expellunt̄ poris aptis de die q̄ de nocte. Pręterea nocte nō oportet eos multo cibo ſed pauco repleri: cū natura tūc intēta ē: magis circa digeſtionē humorꝫ crudorū: quos ſomnus habet maxīe digerere ac ad benignū reducere. Licet enī nocte digeſtiua fortificet̄ uirtus: nō tñ adeo ꝙ ualeat cibū & ſupfluitates digerere. Aduertēdū eſt inſup ꝙ in exhibitiōe cibi maioris aut minoris in prādio q̄ in cena maxīe ſeruandus eſt uſus: qa cōſuetudo ē res maxīa in cōſeruatiōe ſanitatis & ęgritudine curāda. Secūdo regiminis acutorꝫ quod oñdit̄ ex eo ꝙ eius mutatio & maxime ſubita uehemēter ē leſiua. Vñ Dama. Mutare ꝯſuetudinē nociuū eſt & moleſtū: & p̄cipue ſenibus. Et iō praue cōſuetudines abolēde ſunt: ſed nō mox: eo q̄d natura nō ſuſtinet repētinas mutatiōes. Et ſicut patet q̄d uniuerſalius maiorādū eſt prandiū ſuper cenā. cū plurime ęgritudines ſunt materiales & plurima corpa lapſa. Si tñ ſolū ſemel in die comedat̄ melius eſt cibū in cena exhibere niſi oculi aut cerebrū patiant̄. tūc. n. melius eſt in prādio exhibere cū nō parꝫ ęgrotantis nocet oculis & cerebro. Vlterius circa textū ē notandū q̄d non ſolū repletio nocturna: ſiue in cena nocet ſtomacho. īmo oīs repletio cibi generat. n. oppilatōes febres: putredines: apoſtemata: & leprā qa eſt cā indigeſtiōis: q̄d aūt oīs repletio nocitiua eſt ſtomacho declarat Aui. xiii. in trac. i. c. de rebus: quarꝫ uſu ledunt̄ ſtomach⁹ & iteſtina dicens. Ex rebus magis inimicis ſtomacho eſt repletio: & pp illud nō auget̄ corpus guloſi: qm̄ cibus eius nō digerit̄: quare nō creſcit ex eo corpus. Ille āt q cibo abſtinet dū tñ remanet aliqd appetit⁹ eius auget̄: qm̄ ſtomachus eius bñ digerit cibū. Et ſic ualde cauēdū ē ne ſtomachus

torqueaꝶ & multū grauet ex cibo:ita ut anhelitus anguſtieꝶ:& pulſus ue lociter:& ſimiliter repletio nauſeatiua & faſtidiū inducēs:multū eſt euitāda:& ſpetialiter ex malis nutriētibus. Nā ſi faſtidiū ſit ex groſſis nutri entibus: ꝑueniunt iuncturarū dolores & renū : & podraga & groſſicies ſplenis & epatis & regulariter ęgritudines flegmatice & melācolice. Et ſi faſtidiū ſit ex nutriētibus ſubtilibus ꝑueniūt febres acute & maligne: & apoſtemata multū acuta : igiꝶ euitāda eſt repletio nauſeatiua:non igiꝶ tm̄ eſt comedēdū:qn ſtomacho maneat aliqs locus uacuus : nec ex toto debet deſideriū ſopiri:ſed retineri debēt aliquę reliqe appetitus:& hoc ſpāliter obſeruādū ē in hn̄tib⁹ appetitū fortē. Sūt.n.aliq quoꝝ appetit⁹ naturalr̄ multū ſopitus eſt:& iſti forte debēt plus comedere q̄ appetūt.

Tu nunq̄ comedas ſtomachū niſi noueris añ.
Purgatum uacuūq cibo quē ſumpſeris ante
Ex deſiderio poteris cognoſcere certo
Hęc tua ſunt ſigna ſubtilis in ore dieta

℄ In hoc textu ponunꝶ aliqua ꝓcepta quę hō ſane cupiens uiuere neceſſario debet obſuare āte ſumptionē cibi. Quoꝝ primum eſt ꝙ hō non debet ſumere cibum niſi nouerit ſtomachū ſuū eſſe purgatū a malis humoribus quod fit ꝑ uomitū expellendo humores putridos & malos in eo exiſtētes:qa ſi ſumereꝶ cibus prædictis malis humoribus in ſtomacho remanētibus ex cōmixtione talium humorū cū cibo:cibus ſumptus corrūpereꝶ. Secūdū pręceptū eſt:ꝙ hō nō debet ſumere cibū de nouo niſi pręſenſerit cibum ſumptū in ſtomacho ſuo fore digeſtū & ab eo auacuatū:qa nihil eſt deterius in humano corꝑe q̄ intromittere ci bū ſuꝑ aliū q non eſt digeſtus:ſed digeri īcipit. Nā ſuꝑaſſumptus cibus prioris digeſtionē īchoatā impedit. Et digeſtio prioris ante cōplebiꝶ q tranſiens ad epar ꝑ uenas miſeraicas ducet ſecū cibū ſuꝑaſſumptū indigeſtū:unde crudi humores in corꝑe multiplicabunꝶ. Vlterius in textu ponunꝶ duo ſigna euacuatiōis ſtomachi a cibo ꝑ̃aſſumpto. Primum eſt deſideriū certū.i.uera fames. Et pro intellectu iſti⁹ ſciēdū eſt ꝙ duplex eſt fames.ſ.uera & mendoſa. Verā Gal. deſcribit.ii. Amphoriſmorū in cōmēto illius canonicis ubi dicit. Indigētia nō oportet laborare. dicēs. Certa fames eſt cū homo cibo indiget:unde īmenſus ſequaꝶ appetitus. Sed mendoſa fames eſt cibi appetitus corꝑe non indigēte. Et ſic ut uera fames fit ex cōſtrictione & corrugatiōe uenaꝝ officii ſtomachi ꝓcedētibus a ſucciōe mēbroꝝ inanitoꝝ cibo indigentiū. ſic mēdoſa fames ſolet ab his fieri q̄ ſtringūt & rugāt orificiū ſtomachi mēbris cibo nō egētib⁹: ut ab actu frigidis ſtipicis aut accetoſis. Et iſtius ſigni & ſecūdi precepti

ꝓcedétis cõmemorat Auic.i.i.doctri.ii.c.de eo qđ comedit ſic ingẽs. Oportet ꝑterea ne aliqs comedat niſi poſt deſideriũ:neq; in hoc tardet cũ deſideriũ ebulierit.i.forte fuerit niſi mẽdoſum fuerit.ut ebrioꝝ deſi deriũ:& hñtiũ faſtidiũ:qm̃ tollerare famẽ ſtomachũ putridis replet hu moribus.Et poſtea eodẽ capitulo dicit:Et neq; ipe neq; oẽs q ſanitatem habere uolunt aliqd comedãt niſi deſideriũ fuerit certũ & ſtomachus & ſupiora inteſtina a prio nutriẽte euacuata fuerint. Quod.n.in corpore exiſtit deterius ẽ ſi nutriẽs ſupnutriẽs qđ nõ eſt digeſtũ mittet. Secũdũ ſignũ qđ ſignificat ſup certo deſiderio ſiue certa fame eſt ſubtilis dieta ꝓ cedens.i.parua adminiſtratio cibi:qñ.n.illã ſequit fames ſignificat eſſe certa & uera.Sciẽdũ eſt inſup ꝙ ĩ una & eadẽ refectiõe peſſimũ eſt ſimul multos & diuerſos cõiũgere cibos:ut carnes & piſces uel pullos & por cũ:& poſtea ꝓlongare tp̃s in comedẽdo:qa primus cibus iã digeri inci pit cũ aduenit ultimus:& ſic ꝑtes cibi diſſimiles fiũt in digerendo:ſic qđ ꝑaſſumpte prius digeſte ſunt q̃ poſtremo ſumpte ſue digeſtionis mediũ attigerit:uñ fit ꝙ q̃dã corrũpũt alias.Et iſtud innuit Aui.in.i.doc.ii.c. de eo qđ comedit dicens.Et nihil qdẽ deterius eſt q̃ diuerſa nutrimẽta ſimul adiũgere:& poſt hoc in comedẽdo tp̃s ꝓlongare:cũ.n.poſtremũ nutriẽs aduenit primũ iã incepit digeri:nutriẽtes ergo ꝑtes in digeren do nõ ſimilant.Sciẽdũ eſt tñ ꝙ ꝓlongatio ĩ comedẽdo moderate facta fere una hora:gr̃a bonę maſtigatiõis & tranſglutitionis eſt laudabilis & plurimũ cõferẽs ad cõſeruationẽ ſanitatis : qa ꝑfecta cibi maſtigatio cũ moroſa tranſglutitione ſiue ingluuie eſt ueluti media digeſtio:ſed mala maſtigatio uel digeſtionẽ cibi impedit uel uehemẽter retardat:ſed ꝓlõ gatio in comedendo cum interlocutionibus & pauſis duabus uel tribus horis eſt plurimum nociua:& ſequunt ex ea nocumenta pręnarrata.

Perſica:poma:pira:lac:caſeus:& caro ſalſa.
Et caro ceruina:leporina:caprina:bouina.
Hæc melancolica ſunt infirmis inimica.

¶ In hoc textu tangunt decem cibi ſiue alimẽta melãcoliã gñatiua aut infirmis inimica.Quorũ primũ eſt comeſtio perſicoꝝ:de qbus Gal.ii.ali.c.xix.dicit ꝙ & horum ſuccus & qđ uelut caro facile corruptibilis eſt:& oĩno qdẽ prauus:quare nõ oportet:ſicut qdẽ eſt poſt aliud alimẽtũ offerre:corrũpunt.n.ſuper natãtia.Meminiſſe ãt oportet huius qđ cõe in oĩbus:q̃cunq; cacochima humida lubrica & facile ſubire potentia:ꝑꝑ hoc oportet ipſa comedere priora aliis:ſic.n.ipſa celeriter ſubeunt:& illis uiã faciũt:ultimo ãt ſum pta ſimul corrũpunt & alia . Et ita patet ꝙ iſtud dictũ debet intelligi de ꝑſicis comeſtis poſt cibũ alium:quia ipſa ſumpta ante cibum bona ſunt

ſtomacho uentrē lenientia atq; appetitū ꝓuocantia. Iuxta illud Auic. ii. cano. c. de pſicis: dicētis, Matura ſunt bona ſtomacho: & in eis eſt uirtus faciēdi appetitum cibi. Et ſubdit Auic. Et oportet qđ ut nō comedanť poſt alium cibū: qm̄ corrūpunť poſt eū: ſed p̄cedant ante cibū. Similiter Serapion in aggre. c. de eis: auctoritate Diaſcoridis ait: matura ex pſicis ſunt bona ſtomacho & molliunt uentrē. Immatura uero ſtringūt: & qñ deſiccanť ſtringunt fortius: & decoctio ſiccorū qñ. ſ. bibiť ꝓhibet fluxū humiditatū ad ſtomachū & uētrē: & qñ trita ſup locū pulueriʒanť unde fluit ſanguis abſcindēt eum. Et licet prænarrata habeāt iuuamēta: qa tñ humorē generāt putrefactibilē: nocitiua ſunt infirmis: & maxime qñ indebite ſumunť. Et ſunt pſica frigida in pr ĩo gradu & humida ĩ ſecundo. Secundū ē pira ſiue comeſtio piroꝝ. Et cā eius eſt: qa pira & generaliter oĩs fructus recēs nō coctus replet ſanguinē aquoſitate buliēte in corpe: & ſic p̄parāt ſanguinē ad putrefactionē: & p cōſequēs nocēt ęgris. Pira ſimiliter ut dicit Auic. ii. cano. c. de eis: a ꝓprietate inducūt colicā: ꝗ̄pa tñ inter cęteros fructus multos ĩpinguāt: ꝓpterea porci ex ipſis piris ĩpinguanť pluſq̄ ab aliqbus aliis fructibus. Et qa pira uentoſitatē generāt: & ſic inducūt colicā. Vſus habet ꝙ pira & alii fructus uētoſitatē faciētia cū carnatiuis. i. uētoſitatē expellētibus comedūt: uel poſſumus obuiare nocumēto ipſoꝝ ſupbibēdo uinum uetus odoriferū: & meliora pira ſunt q̄ magis odorifera ſunt: & magis dulcedinē pticipantia: & ēt meliora ſunt decocta q̄ cruda: & pñt decoq cū aniſo feniculo & zuccaro. Tertiū eſt comeſtio pomoꝝ: de qbus dicit Aui. ii. cano. c. i. ꝙ aſſiduatio comeſtiōis eoꝝ facit euenire dolorē neruoꝝ. Et poma ēt mala hñt ꝓprietatē in generādo uētoſitatē in ſecunda digeſtiōe: q̄re nocēt ęgris: & ēt pp ſimilem cām ill q̄ dicta eſt de piris. Et iſta dicta de piris & pomis maxĩe intelligēda ſunt de ipſis crudis & nō de ipſis coctis. Et nedū iſti fructus ab infirmis ſunt uitādi: ĩmo oēs fructus ĩplentes ſanguinē aquoſitate ebuliēte: ut fructus recētes: quoꝝ ſuccus in humano corpe ebulit ſicut muſtum. & ſuccus fructuū ebuliunt exterius ĩ uaſe: & hoc pp calorē ſolis derelictū in eis cū maturabanť. Iſti. n. fructus pp ebulitionē ſucci eoꝝ preparant ſanguinē ad putrefactionē: licet ꝑ hora q̄ ſumunť iuuamentū p̄ſtent humectatiōis. Et de hac cā Aui. febricitātibus ꝓhibuit fructus maxĩe recētes in. iiii. trac. ii. c. yii. dicēs. Et oēs fructus nocēt febricitāti cū ebulitōe ſua & corruptiōe in ſtomacho. Quartū eſt comeſtio lactis. Cuius cā eſt: qa lac de leui corrumpiť: & in fumū aut acetoſitatē cōuertiť ĩ ſtomacho immundo: ſicut ut plurimū eſt ſtomachus febricitantis febre putrida: & ergo febricitantibus febre putrida nō cōcediť. Et ſimiliter eſt malum habentibus dolorē capitis & ſiticuloſis & pluribus aliis: de qb⁹ loquitur ipocras. y. pticula amphoriſmoꝝ: amphoriſmo illo. Lac dare caput do-

lentibus malum &c. Verũ eſt tñ ꝙ in aliq̃bus paſſionibus cõuenit ſicut in ptiſi & ethica & aliq̃bus aliis ꝑut ẽt dicit Ipocras amphoriſmo iã allegato: & ẽt inferius aliq̃d diceť ibi. Lac ethicis ſanũ &c. Et licet lac in p̃dictis paſſiõibus uitupeť: in ſanis tñ laudabile ẽ: & hoc ſi in ſtomacho & epate bñ digerať: tunc. n. inteſtina lauat ſua aquoſitate: & mundificat butiroſitate ſua: humoribus uenenoſis repugnat: mẽbra humectat: caſeitate ſua uulnera pectoribus iuuat & pulmonis gutturis renũ quoq; ĩteſtinorum & ueſice morſurã acutoꝝ humorũ in inteſtinis mitigat: quia uiſceribus inuiſcať: & humoꝝ ꝓhibet morſum. Præterea cõuenit lac corpibus tẽpatis: quoꝝ ſtomachus mũdus ẽ a colericis & fleumaticis humoribus. In his. n. lac bñ digeſtũ multũ dat nutrimentũ: laudabilẽ ſanguinẽ generat carnẽ augmentat: totũ corpus laudabiliter humectat: exteriora pulchra facit. ut refert yſaac in dietis uniuerſalibus. Et ibi etiam auctoritate Ruffi dicit ꝙ lac bibẽtes ieiunos eſſe oportet & bibat calidũ cũ exeat ubera: neq; aliq̃d comedať quouſq; digerať: & labor & nimi⁹ motus caueatur. Non eſt tñ quieſcendũ oĩno a deambulatiõe ſed deambulandũ eſt ſuauiter quouſq; in ſtomachi fundũ deſcendiſſe ſentiať. In diſtẽpatis uero corpibus lac nõ cõuenit. In calidis. n. corpibus cito mutať in fumoſitatẽ & colerã. In frigidis uero in acetoſitatẽ & putredinẽ. In ſtomacho etiã ĩmundo lac non cõuenit: q̃a in eo corrũpiť. Circa electionẽ ãt lactis ſciendũ eſt ꝙ magis eligendum eſt lac mediocre in uia nutrimẽti & non ſubtiliſſimum ſicut lac cameli aut ẽt aſininũ neq; pinguiſſimũ & groſſiſſimum: ſicut lac uaccarũ & pecudũ. Eligendũ eſt igiť lac capre: nõ. n. habet tm̃ aquoſitatis ſicut lac cameli quod non eſt aptũ ad nutriendũ rõne nimie humiditatis: ſed uẽtris ſubductiuũ: nec habet tm̃ pinguedinis & groſſiciei ſeu caſeitatis & unctuoſitatis ſicut uaccaꝝ & pecudũ quod pp groſſiciem & unctuoſitatẽ eſt uenaꝝ oppilatiuũ: uẽtoſitatũ generatiuũ: & difficilioris digeſtionis quã ſit neceſſariũ in regimine ſanitatis. Eligať igitur lac capre nõ nimis ꝓpinque partui: nec nimis diſtãtis a partu nõ pinguantis: nutrite in bonis paſcuis & in tẽpore quo reperiunť meliora paſcua. Quintũ eſt comeſtio caſei & põt intelligi de omni caſeo maxime tamẽ de ueteri. Cuius rõ eſt: q̃a caſeus recens eſt frigidus & humidus & groſſe ſubſtãtiæ & difficilis digeſtionis & oppilatiuus & lapidis generatiuus & non multũ cõpetit uia cibi in regimine ſanitatis: Et caſeus uetus eſt calidus & ſiccus pp ſal. facit cibũ digeri & difficulter digeriť parum nutrit & male: in ſtomacho nocet: & nimis deſiccat: & minus competit q̃ recens. Et ſi aliquis caſeus eſt medius inter nouũ ueterẽ & uiſcoſum & frangibilem durum & molem: & parum declinans ad aliqualem dulcedinem: non nimis ſalſus: nõ lachrymoſus: cũ inciditur ſaporis delectabilis & boni odoris: cuius in ſtomacho mora nõ diuturna ex bono lacte

cōueniēter fact⁹ ſufficiēter unctuoſus:talis utiq₃ caſeus bonus eſt:& īter alios magis eſt diligēdus:& poſt cibū ſumptus nō multa quātitate:multa uero quātitate ſtipatus in uia cibi uniuerſaliter eſt malus:ſtomachum grauans & inobediēs digeſtioni:& oppillatiuus:& lapidis in renibus:& humoꝝ groſſoꝝ ī corpe & uentoſitatū generatiuus. Solū igiť ille caſeus eſt bonus quē dat auara manus. Sextū eſt caro ſalſa. Caro.n.ſalſa ſiue ſole ſiue fumo exſiccata cuiuſcūq₃ generis aut aīalis fuerīt generata ſanguinē groſſum & melancolicū:& p cōſequēs nocet infirmis:nec eſt cōueniens ſanis. Et iſtud innuit Aui.ii.in doc.ii.c.xy.in fine dicēs. Et exēplum ſpiſſi pauci nutrimēti mali chimi.i.mali humoris eſt caro ſolita. Septimū eſt caro ceruina:q̄ ſimiliter eſt ſanguinē mēlacolicum generās.teſte Raſi.in Almāſore.c.de aīalibus ſilueſtribus & domeſticis. Octauū ē caro leporina q̄ ſimiliter ſanguinis melancolici eſt gn̄atiua. Dicit.n.Raſis de ea loco p̄all. Ipſa.n.plus aliis melancoliȩ gn̄atiua eſt. Et de iſta ēt dicit Iſaac in dietis uniuerſalibus ꝙ nō cōuenit in uia cibi:ſed ſolū in uia medicinȩ. Et ē ſciēdū ꝙ iſta caro leporina & ſimiliter ceruina cū puenerit ad antiqtatē ſimpliciter ſunt euitāde.ſi tn̄ aliquo mō cōueniāt meliores ſūt iſte carnes cū partui ſunt ꝓpinque:ut ſiccitas eoꝝ obtēpeť ab ȩtate:& ēt ſunt euitāde:niſi ſint pīgues:nā ex ea pīguedine obtēpať ſiccitas. Nonū eſt caro caprina. Decimū eſt caro bouina:qa iſte carnes etiā ſunt carnes melācolicȩ. Nā Iſaac in dietis uniuerſalibus de eis dicit. Caro caprina & bouina ſunt peſſima dura in digeſtiōe tarda:& digeſta groſſum generāt ſanguinē & melācolicū. Et Aui.ii.cano.de carne caprina dicit. Caprina uero nō eſt bona multum:& eius humor fortaſſe eſt malus ualde. Et ſub iſtis ēt intellige carnē hircinā & uaccinā q peiores ſunt p̄dictis carnibus .ſ.caprinis:& bouinis. Nā de eis dicit Auic.ii.cano.c.de carne. Et caro uaccina & ceruoꝝ hircoꝝ ſilueſtriū & magnaꝝ auiū facit euenire febres quartanas. Et de carne uaccina adhuc dicit ꝙ caro uaccina plurimi nutrimēti ē groſſa melācolica generās ȩgritudines melācolicas. Et ulteri⁹ dicit qď caro uaccina generat leprā. Et de carne hircina dicit qđ ē mala abſolute. Quia iam textus locutus ē de carnibus uitādis:& maxime aīaliū quadrupedū. Videndū eſt ulterius de carnibus aīaliū quadrupedū. Et qa circa electionē carniū aīaliū quadrupedū cōtrouerſia uř inter auctores medicīȩ. Quidā.n.dicūt carnes porcinas eē meliores ſicut Gal. & qdā alii. Alii uero dicūt quod carnes edinas eſſe meliores:ſicut Raſis Auic.& Auer.licet Auer.y.colliget īponat Aui.qđ dixerit carnes porcinas eſſe meliores:qđ tn̄ nō dicit auctoritate ꝓpria:ſed auctoritate chriſtianoꝝ.alii uero laudāt uitulinis p̄aliis. Secundū ē qđ electio & melioritas carniū aīaliū quadrupedū pōt multipliciter attendi. Primo modo ex ꝑte maioris nutrimēti & irreſolubilioris & carnib⁹ humanis ſimilioris,

Et iſto modo caro porcina cæteris eſt melior. Primo ꝑpter maximā ſi-militudinē quā habet cū carnibus humanis: teſte Gal. iii. alimentoꝝ ubi dicit: porcinę āt carnis ſimilitudinē ad hoīes addiſcere: eſt ex eo ꝙ qdā comederunt humanas carnes ut porcinas nullā ſuſpitionē habētes ſm guſtū ipſaꝝ & odorē. Et Auic. ii. cano. c. de ſanguine ait. Sanguis hoīs & ſanguis porci ſunt ſimiles in oī re: ita ut qdā fuerunt q uēdebāt carnem hoīs ac ſi eſſet caro porci: & occultatū fuerat illud uſq; quo inuēti fuerūt in ea digiti hoīs. Et iſtud idē ſentit ſatis Auerro. v. colliget. c. de carne. Secūdo qa caro porcina ualde nutritiua eſt. Nā dicit Gal. iii. alimētoꝝ. Oīum edibilioꝝ caro porcoꝝ eſt maxime nutritiua: & huius expiētiam euidētiſſimā hn̄t athlete. Et poſtea eodē libro ait: porcoꝝ carne nullum aliud āplioris nutrimēti hēbis ſumere. Tertio qa generat alimētū ſtabi-le fortiter reſiſtēs reſolutiōi. Et iſta fuit mēs Galieni multis paſſibus ubi nō paꝝ ꝑfert porcinas carnes cęteris carnibus. ſ. in octauo de ingenio: ubi dicit. Cęteris carnibus porcina laudabilior eſt ſi porcus mōtana in-coluerit: poſt porcū edus. Et ſimiliter in qnto teraputice ubi dicit. Qua drupedū caro laudabilior eſt porcina in calore & humiditate tempata. eiuſq; cibus plurimos & ſangue ab ea generatus oī melior eſt ſanguine. Et iſtud ueritatē habet de carne porcoꝝ nō antiquoꝝ: qa coꝝ caro indi geſtibilis eſt: nec iuuenū: ſiue lactentiū: qa caro coꝝ humidiſſima eſt: ſed ętate mediocriū: puta unius anni uel duorū tā domeſticorū q̄ ſilueſtriū. Veriſimiliter tn̄ eſtimādū eſt qđ porci ſilueſtres ſunt domeſticis melio-res: qa carnes porcorū domeſticorū ſunt plus debito uiſcoſiores. Et de carnibus porci ſilueſtris ſiue apri di. Aui. ii. ca. c. de carne. Xp̄iani uero dixerunt: & q eos imitanť qđ melior caro ſilueſtris eſt caro porci ſilue-ſtris. nā cū hoc ē leuior carnibus domeſtici porci: eſt fortis nutrimēti & plurimi: & eſt uelocis digeſtions: & eſt melior q̄ eſſe pōt in hyeme. Et ex iſto ulterius ſeqť ꝙ ꝓdicte carnes porcinę multū laudabiles ſunt corpi-bus iuuēibus ſanis & fortibus, laborātibus nō diſpoſitis ad oppilatiōes: & his q impinguari q̄runt: qa talia corpa indigēt plurimo nutrimēto & difficulter reſolubili. Et ergo dicit Ra. in Almā. c. de uirtute carnium. Caro uero groſſa multū laborantibus cōueniēs eſt: ſubtilis uero his qui prædictis ſunt cōtrarii cōuenit. Et idē uult Aui. in. i. c. de regimine eius qđ comediť dicēs. Exercitati præterea & multi laboris magis ſunt tolle-rātes nutriētia groſſa: alio mō pōt attendi melioritas & electio carniū ex pte tempate cōplexiōis earum: facilis digeſtiōis & ſanguinis ex ipſis ge-nerati tēpantiā. ut. ſ. illa caro dicať melior q̄ tēpate eſt cōplexiōis. facilis digeſtiōis ſanguinē generās tpatū ī caliditate & frigiditate ſubtilitate: & groſſitate. Et iſte mō caro edina eſt melior & laudabilior cęteris ut. uult Raſis Auic. & Auer. Nā dicit Raſis in Almā. c. de aīalibus ſilueſtribus

& domeſticis. Edina caro eſt tpata nullã in ſe hñs malitię admixtionem q̃ licet tpatum genere ſanguinem: laborãtibus tñ non cõgruit. cui nulla alia caro pferẽda eſt. Nõ eſt. n. adeo debilis ut ex ea uirtus minuat: neq; eius nutrimentũ adeo multũ eſt & groſſum ut ex eo pueniat repletio. & groſſus generet ſanguis. Sãguis quoq; q ex ea generat inter ſubtilem & groſſum: ac inter calidũ & frigidũ exiſtit. Et iſta caro nõ conuenit multũ laborãtibus. ſed iuuenibus tpatis exercitio mediocri utẽtibus: qa iſta caro generat ſanguinẽ forti exercitio uel laborare faciliter reſolubilẽ: licet non exercitio mediocri. Et ſicut quo ad iſtã intentionẽ caro edina inter carnes domeſticas. Ita caro capreoli inter carnes ſilueſtres eſt melior. Et poſt iſtã carnẽ edinã plurimi medicoꝝ ſicut Ra. & Auer. ponũt carnẽ arietinã. Et dicit Auer. v. colliget. c. de carne: ꝙ eſt hęc opinio maioris ptis medicoꝝ pter gali q abominat carnes arietũ. Et uf ſibi: qa caro uituloꝝ eſt melioris nutrimẽti quã arietina. Et forſan gali hic attẽdit melioritatẽ nutrimẽti ex eo qđ eſt plurimũ nutrire: & nutrimentũ dare magis irreſolubile: qđ magis uf cõuenire carnibus uitulinis quã arietinis: cũ arietine magis humide ſint. Tertio mõ põt attendi melioritas & electio carniũ ex pte minoris uiſcoſitatis & melioris odoris eaꝝ. Et ſic carnes uituline ſunt meliores aliis carnibus. Et iſtud ĩnuit Auer. v. collet. c. de carne dicẽs. Et carnes vituloꝝ ſunt bonę carnes: iõ qa nõ hñt illã uiſcoſitatẽ frigiditatẽ & ſiccitatẽ quã hñt carnes boninę ueteres: & carnes eorũ ſunt magis odorifere aliis carnibus: & q̃tũ eſt in hoc meliores ſunt carnib⁹ edinis: qa in carnibus edinis manifeſtat q̃dã muſcillago. i. uiſcoſitas añq̃ coquant: ſed carnes edinę ſunt meliores uitulinis: qa meliores generãt humores. Et ex iſto patet qũo nõ eſt tãta cõtrouerſia inter auctores medicinę ſup electiõe carniũ q̃ta prima faciet apparet. Notandũ eſt inſup ꝙ carnes aĩaliũ ſiccę cõplexiõis meliores ſũt circa ptũ q̃ diſtantes multũ a ptu: ergo edi & lactentes uituli meliores ſunt hircis & bobus: qa ſiccitas primæ ętatis humiditate corrigit. Sed carnes aĩaliũ cõplexionis humidę ſunt meliores diſtantes a partu. & circa partũ deteriores: quia ſua nimia humiditas pceſſu ætatis exſiccãtis. ſ. iuuẽtutis corrigit aut tollit: & ab humiditate primæ ętatis creſcit. Et iõ iuuenes caſtri arietes. ſ. unius ãni ſunt meliores & minus uiſcoſi lactẽtibus agnis: & porci unius anni uel duorũ meliores lactentib⁹ porcellis. Et ergo bñ dicit Aui. iii. c. de regimine eius qđ comedit. Oportet autem ut cibus ſupple ſanitatis cõſeruatiuus ſit tales q̃les ſunt carnes: & pprie carnes edorũ & uitulorũ lactentium paruorum & agnorũ animalium. tE ex hoc patet ꝙ in temporibus & complexionionis humidis magis competunt carnes declinãtes ad ſiccitatem ut aſſentur. In temporibus ſiccis & complexione & ętate ſiccis magis competunt carnes declinantes ad humiditatem.

¶ In hoc textu ponunt tria alimēta q̄ in modica q̄titate multū nutriūt

Oua recentia: uina rubentia: pinguia iura.
Cum ſimila pura naturę ſunt ualitura.

Quorū primū eſt oua recētia: quia ſunt de his que in modica quātitate multū nutriūt: ut innuit Auic. ii. can. c. de ouis. Et idē uult. iiii. in. c. I. ubi dicit: nutriēs uero paruę q̄titatis: & multi nutrimēti ſunt oua & galloꝝ teſticuli. Et illud idē in multis aliis locis repetit. Circa electionē ouoꝝ ſciendū eſt oua q̄d gallinarū & ꝑdicū & faſeanorū iuuenū & pinguiū ſunt bona in ſanitatis regimine: & aliis ouis ſimpliciter meliora: unde oua puula lōga ſunt bona. uñ filia p̄ſbyteri iubet ꝑ lege teneri. Quod bona ſint oua cādida lōga noua. amplius oua tremula. i. p decoctionē aliq̄liter inſpiſſata: ut ī manu tenētis in cortice ſuo uideant tremere: ſunt meliora duris & ſorbilibus: & ſunt multi nutrimēti: & facilis & bone digeſtiōis: & generāt ſanguinē maxime cordi ꝓportionabilē. unde cōualeſcētibus ſenibus & debilibus maxime cōueniūt: & maxīe uitella. unde Auic. in trac. de uiribus cordis uult ꝙ uitella ouoꝝ aīaliū bonę carnis ſicut gallinaꝝ ꝑdicū & falſeanoꝝ: licet nō ſint medicinę cordi: multū t̄ñ cor cōfortāt. Et poſtea ſubdit q̄d cito ī ſanguinē cōuertunt: & poſt cōuerſionē pauca hñt ſupfluitatē: & generāt ſanguinē ſubtilē & clarū: & ergo maxīe ꝯfortāt cor gn̄ando ſanguinē ei ꝓportionabilē. Et ulterius dicit ꝙ multū ualēt in diſſolutiōe ſubſtātiæ ſpūs & diminutiōe ſanguinis cordis. Sorbilia uero oua facilis ſunt digeſtiōis: & leniūt pulmonē: & pectus: uētrē lubricant: & minus nutriunt q̄ tremula. Dura uero oua p decoctionē facta ad digerendū ſunt difficilia: & nutrimētū exhibēt groſſum: & tarde a ſtomacho deſcēdens: & tarde penetratiuū. Notādū eſt inſup q̄d ex diuerſitate p̄parātiōis: ouoꝝ eē acq̄rit in eis bonitas uel malitia: aut enim ſunt aſſata: aut elixa: aut frixa: aut in iure ſunt cocta. Aſſata elixis groſſiora ſunt: & ad digerendū duriora: q̄a focus ſubſtantialē eorū humiditatē deſiccat. Et fiunt duobus modis: aut. n. cum corticibus inter calidos cineres ponunt: aut in teſtis frāgunt. In teſtis fracta peiora ſunt aliis. Illa āt q̄ cū corticibus īter calidos cineres ponunt duob⁹ fiūt modis: aut īter cineres ponunt tota: aut ſup carbones ꝑtī diſcoopta: q̄ ī cinerib⁹ ponunt tota ſunt peiora: q̄a cū calor foci circuneat: fumoſitates retinet: diſcoopta ſup carbōes poſita fumoſitatē emittūt: & mūda fiūt. Elixa ī aq̄ meliora ſūt q̄ aſſata: q̄a aq̄ humiditas calori foci ī humiditate deſiccāda repugnat. Et fiūt duobus modis: aut. n. cū corticibus elixant: aut īfra aquā frāgunt. Cū corticibus peiora ſunt aliis: q̄a cortices ꝓhibēt diſſolutionē fumoſitatū & groſſiciei. In aqua fracta calor aq̄ tpate penetrat: & groſſiciem ſua ſubtiliat: & aufert

ſibi grauitatẽ ſui odoris.unde hmõi laudabiliora ſunt cęteris oib⁹.frixa
cęteris peiora ſunt:qa peſſimos generant humores:& ſunt in ſtomacho
morãtia fumoſitatẽ & corruptionẽ inducẽtia:& faſtidiũ faciẽtia.In iure
cocta inter aſſata:& ĩ aq̃ fracta ſunt mediocria. Et iſta colligunť ex Iſaac
in dietis uniuerſalibus.Sciẽdũ eſt ẽt ꝙ ouũ diuertificať ſm eius ptes cõ-
¶ Hic autor ſubdit qđ anguilla ē piſcis inſanus maxime nocēs uocibus: & hoc pbat ſermone medicorū & naturalem phiam ſtudētiū: & rō eſt: qa anguilla eſt piſcis limoſus: uiſcoſus: & maxime oppilatiuus: & multū deficit a ꝯditionibus boni piſcis prius narratis in pte p̄cedēti. & qđ dictū eſt de anguilla ēt intelligendū eſt de lāpreda: licet lamprede pue laudibiliores ſunt anguillis: & minus piculoſe cū nō ſint tante uiſcoſitatis & groſſiciei ſicut anguillę: ut patet ad ſenſum. Vñ ſalua reuerētia utētiū iſti piſces ſunt ualde piculoſi q̄uis ori ſunt ſaporoſi. Hoꝝ. n. piſciū in aq̄ ſimilis & gñationi ſerpentū in terra: unde multū dubitādū eſt: qđ nō ſint uenenoſi: uñ eoꝝ capita & cauda in qbus uenenū cōſueuit eſſe: & ſimiliter interior ſpina: nullo mō ſunt edēda. bonū eſt ēt pp eaꝝ uiſcoſitatē qđ ſubmergant in uino optimo uiue & dimittant ibi quouſqȝ mortue ſint: & deinde p̄parent cū galentina optimaꝝ ſpēꝝ ſm qđ coci magnorū dñoꝝ facere cōſueuerūt. bonū eſt tñ qđ ebuliant primo duabus ebulitionibus in uino & aq̄: & illa abiecta decoquant ad pfectionē: & fiat galentina uel paſtillatura: uel aſſaturata cū ſalſamēto appropiato: uidelicet cū ſalſa uiridi cum fortibus ſpēbus: & uino in hyeme: & cū debilibus ſpeciebus: & agreſta: & aceto ī ęſtate. Cōmodoſius tñ eſt manerię hmōi piſciū dimittere. Deinde ſubdit tex. qđ caſeus & anguilla multū nocent ſi comedant: & iſtud intelligendū eſt: ſi in magna q̄ꝫitate ſumant: quorū cauſę dictę ſunt de caſeo ibi. Perſica poma: & de anguilla nunc dicta eſt cauſa poſtea dicit text. quod ſi iſta ſumant cū frequēti potatiōe uini malitia eoꝝ corrigit. Et iſtud nō debet intelligi de uino ſubtili & penetratiuo: nec de uino quod dat uia potus cōductiui qa tale non debet dari ſup cibū generatiuū mali humoris quādo comedit: nec ante ipm: nec poſt q̄ fuerit digeſtus: ut uult Aui. in. i. c. de regimine aque & uini: qa tale uinū magnum nocumentū induceret. penetrare. n. faceret humorē malū: ex hoc cibo genitū uſqȝ ad extrema corpis q forte non ſufficeret penetrare ſine uini auxilio & cōductu: ſed ītelligēdū eſt iſtud de uino forti nō multū penetratiuo: ſępe & ī pua q̄titate dato gra pmixtōis ciboꝝ. Tale. n. corrigit malitiā ciboꝝ: ꝯfortat digeſtionē: & digerit fleumaticos humores & frigidos: q̄re iuuat ad digeſtionē caſei & anguillę: q̄ male digeſtiōis ſunt.

BIBLIOTECA
UNIVERSITARIA

¶ Hic autor tangit duo documenta: quorũ primũ eſt: q̄d comedens in prandio uel cena debet uiciſſim comedere & bibere multiplicãdo uices bibitiõis: ſed

Inter prandendũ ſit ſępe parũq; bibendum
Si ſumas ouum: molle ſit atq; nouum.

ꝑ qualibet uice parũ potus ſumere: & facere nõ debet quẽadmodũ bruta: q̃ totũ cibũ capiunt: & poſtea bibũt: q̄a ſi potus melius cibo ꝑmiſcet̃: & cibus exinde reddit̃ remollitus: & digeſtionis capacior. Et circa iſtud ſciendũ quod triplex eſt potus .ſ. ꝑmixtiuus: delatiuus: & ſitis ſedatiuus. Iſtud aũt q̄d dictũ eſt: intelligendũ eſt de potu ꝑmixtiõe ciborũ: iſte .n. potus debet uiciſſim recipi cum cibo: & ſaluo meliori iudicio nõ debet iſte pot⁹ differri uſq; ad finẽ comeſtiõis: nec debet expectari ſitis. Et iſte potus maxīe cõpetit: qñ ſumunt̃ cibaria actualiter ſicca uel uirtualiter: ſicut patet in laborãtibus comedẽtibus panẽ ſiccũ. Sed potus ſitis ſedatiuus regulariter & in hoĩbus bene diſpoſitis debet differri uſq; ad finẽ comeſtiõis: tũc .n. eſt uera ſitis ꝑp eſtuationẽ cibi calidi & ſicci. Nõ enim multũ rõnabile eſt ꝙ ſimul urgeat ſitis & fames: q̄a ſunt appetitus cõtrariorũ. Et debet iſte potus dari ẜm plus & minus ẜm ꝙ maior uel minor eſt ſitis. Potus uero delatiuus maxīe cõpetit cõpleta prima digeſtiõe regulariter: & paꝝ ante horã ſuſcipiẽdi aliũ cibũ ſequẽtẽ. Et talis potus ſpecialiter cõpetit: quãdo cibaria primitus ſumpta fuerint groſſa in ſubſtãtia: nec debet expectari ſitis ad talẽ potũ ſuſcipiẽdũ. nã talis potus ꝑ̄parat ſtomachũ ad ſuſcipiendũ cibũ ſequẽtẽ: & iuuat trãſitũ cibi ad epar a ſtomacho: nec debet talis potus eẽ magnę q̄titatis: ut cito poſſit digeri. Ante .n. eius digeſtionẽ nõ trãſit ad epar. Et iſtud ueꝝ eſt niſi talis potus delatiuus fuerit aq̃: in qua nõ oportet expectare digeſtionẽ ante penetrationẽ eius ad epar. Regulariter aũt potus cõueniẽs delatiuus: aut ẽt permixtiuus nõ debet eſſe aq̃: ſed uinum uel aliq̄d ꝓportionabile uino. puta ceruiſia uel ceraſiaꝝ uel pomeriũ uel mellicratũ uel aliq̄d ſiĺr q̄bus oĩb⁹ uinũ eſt melius. Sciendũ ſecũdo ꝙ q̄to cibus eſt groſſior & ſiccior & frigidior: tãto potus ꝑmixtus & delatiuus debet eẽ maior: & ecõuerſo q̄to cibus eſt calidior ſubtilior & humidior: tanto potus delatiuus & ꝑmixtiuus debet eſſe minor: Et quãto cibus eſt groſſior & frigidior & digeſtiõi inobediẽtior: tãto uinũ ꝑmixtiuũ uel delatiuũ debet eſſe ſubtilius & fortius. Et q̄to cibus eſt ſubtilior calidior & digeſtibilior: potus debet eſſe debilior: uel uinum debilius. Vnde fortius uinum bibendum eſt tam cũ carnibus bouinis q̄ pullinis: & fortius bibendum eſt cum piſcibus q̄ carnibus regulariter. Secundum documentum eſt ꝙ ſumens ouum debet ipſum ſumere quando eſt molle & nouum: cuius cauſa dicta eſt ſupra.

¶Hic ponit unũ notabile documentũ de piſcis:& eſt ꝙ piſa aliquo mō laudãt: & aliquo mō uituperant. Laudant eni qñ comedunt ablatis corticibus. Vitupant uero quã

Piſam laudare decreuimus ac reprobare
Pellibus ablatis eſt bona piſa ſatis
Eſt inflatiua cum pellibus atq; nociua.

do comedunt cũ corticibus & pellibus:qa tũc ſunt inflatiua. Et ergo nõ eſt artificiale ea comedere ſimul cũ cortice:qa medullaꝝ & corticũ natu rę diſcordãt. Alteꝝ.n.laborat ut ſoluat & exar:alteꝝ obuiat ut ↄſtrĩgat: ut dicit Iſaac in dietis uñibus:q̃re in corpe fit motus agitatiuus inducẽs torturã & ĩflationẽ. Et iſtud nedũ ueritatẽ hẽt de piſcis:ueꝝ ẽt de oĩbus leguminib⁊:ſicut fabis:faceolis:lẽtulis & ſiĩib⁊. Et ſpãĩr de hñtib⁊ multũ corticẽ ſicut ſabe & cicera nigra. Cortex ẽt ĩ oĩbus ẽ peioris nutrimẽti q̃ medulla. Et circa iſtud eſt ſciẽdũ ꝙ eſt una maneries piſoꝝ alboꝝ rotũ dorũ hñtiũ corticẽ exteriorẽ ualde paucũ & ſubtilẽ: & iſta piſa ſecurius pñt comedi cũ cortice q̃ alia:q̃uis meli⁊ ſit ꝙ depurẽt a cortice. Et qa di ctũ pcedẽs ueritatẽ habet de oĩb⁊ leguminib⁊. Sciendũ eſt qđ legumina recẽtia minus habẽt de cortice:& in eis minor diuerſitas eſt ĩter corticẽ & medullã:& facilius digerunt. Et iõ dicũt aliq qđ magis cõpetũt corpi bus ſanis:ſed nõ eſt ita qa legumina recẽtia ſunt plurimaꝝ ſupfluitatũ & corruptibilioris ſubſtãtię:q̃re min⁊ cõueniũt corpib⁊ ſanis. Et iõ ꝑ ue ritate tenẽdũ eſt qđ legumia ſicca depilata a cortice exteriori ſunt ſanio ra q̃ recẽtia nõ depilata:ſed uiridia ſũt ſaniora ſiccis ñ depilatis. Sciẽdũ ulteri⁊ qđ qa oĩm leguminũ ſubſtãtia eſt ĩflatiua & difficilis digeſtiõis:& eoꝝ nutrimẽtũ malũ non cõpetit in regimine ſanitatis: ſed brodiũ ſiue decoctio ipoꝝ conueniẽs eſt:qa eorũ decoctio uẽtris eſt ſubductiua.i.la xatiua:urinæ ꝓuocatiua:& uenarũ deopilatiua:unde ſatis conuenit tpi bus ĩ qbus hoĩes utunt cibis groſſis & opilatiuus:puta tpe ieiuniorum. In iſto.n.brodio ſiue in iſta decoctione cõueniẽter facta non ſunt nocu menta q̃ ſunt in ſubſtantia:unde in ea non eſt inflatio: nec difficultas nu tritionis & digeſtionis:nec malitia nutrimẽti. Fit aũt iſta decoctio ꝑ iſtũ modum. In ſero enim ponunt cicera uel piſa in aqua feruenti:& in eadẽ longo tpe manibus confricant. Deinde pdicta aqua tota nocte temperetur:& in eadẽ ſequenti nocte buliant duabus uel tribus bulitionibus: & poſtea colet & colat a reſeruetur:& appropinquante hora refectionis preparetur cum cinamomo & croco:& aliquantulum uinum addatur: & deinde unico feruore bulliat & ſpumetur in principio refectionis. Et brodium ſeu purẽta cicerum & piſorum rotundoꝝ alborum eſt melius & conuenientius:& naturę amicabilius:& ſimiliter eorum ſubſtantia.

¶ Hic ponunt quędã documenta circa electionẽ lactis. Primũ eſt ꝙ lac caprinũ eſt ſanũ ethicis. i. cõſumptis & maceratis uel habẽtibns febrẽ ethicam. Et iſtud uult Aui. ii. cano. ca. de lacte dicens. Lac caprinũ & lac aſininũ ſunt bona ethice. Et idẽ uult. iiii. trac. in. c. de rememoratiõe medicinarum humectantiũ ethicos. Et rõ etiã eſt: qa lac caprinũ eſt tpatũ ſm Aui. ii. cano. c. de lacte. & etiã multi nutrimẽti: ut uult hic tex. Et poſt iſtud lac ualet camelinũ. Iſtud. n. ſubtilẽ eſt multæ aquoſitatis & humiditatis: q̃re põt humectare eos: uerũ eſt tñ ꝙ iſtud lac pp ſuã nimiã humiditatẽ parum nutrit: q̃re minus eis cõuenit q̃ caprinũ: iſtud tñ lac camelarum & maxime nouiter fetarum confert ydropiſi ualde & patiẽbus dolorem in epate: & renouat epar ſm Aui. ii. can. c. de lacte. Secundũ documentũ eſt ꝙ lac aſininũ plus cęteris lactibus ethicis cõuenit. Et iſtud uerũ eſt cõparãdo lac aſininũ ad lac aliorum brutorũ: qa lac aſine declinat ad frigiditatẽ & humiditatẽ: & eſt ſubtilius: & citius penetrãs: & tardius coagulabile q̃ lac aliorum brutorũ ſm Gal. yii. de igenio. c. yii. & iſtđ idẽ uult Auic. ĩ q̃rto loco p̃al. dicẽs. Et nõ eſt lac poſt lac mulieris: ſicut lac aſine: Et prius dicit. Et pprie lac aſine eradicat ethicam ſi fuerit ei eradicatio. Cõparãdo tñ lac aſine ad lac mulieris minus cõuenit. Lac. n. mulieris ſugẽdo ſumptũ cõueniẽtius eſt oĩbus: ut uult Aui. ĩ. iiii. loco p̃al. Et rõ eſt: qa lac humanũ ſiue muliebre ſubtilius eſt frigidius & humidius: & naturæ humanæ magis ſimile: uelocius penetrãs: citius digeſtũ & magis nutriens. Et debet iſtud lac dari ethicis q̃tũ poſſibile eſt mulieri magis prope lectũ ĩfirmi: & ei ptinus ſine mora adminiſtrari ne ab aere corrũpat. Et circa iſtud ſciendũ eſt ꝙ non ſp cõuenit ethicis lac mulieris aut aſine: immo in aliqbus caſibus lac acetoſum ſiue ebutiratũ eſt utilius ethicis q̃ lac mulieris aut aſine. Quorũ primus eſt qñ cũ ethica eſt ſolutio uẽtris. Secũdus eſt quãdo eſt ſuſpitio de coagulatiõe lactis in ſtomacho uel de ardore uehemẽtis febris: uel qa ſtomachus de ſe eſt colericus: ut lac ĩ colerã cõuertat. Tertius eſt qñ cũ ethica cõpilat putrida: p̃cipue qñ in interioribus nõ fuerint multe opilatiões. Nã lac acetoſum reſtringit uẽtrẽ: & nõ faciliter colerizat: qa priuatũ eſt butiroſitate: p quã faciliter lac inflãmat: nec in putrida febre: qa cito putreſcit pp eandẽ cãm. Quartus ẽ ſi ſtomachus fuerit ſordibus: tũc. n. lac in eo facile corrũpit. Quintus ſi ethicus abominetur lac dulce & integrũ: & nõ acetoſum ſiue ebutiratũ.

Lac ethicis ſanũ caprinum poſt camelinum.
Ac nutritiuum plus omnibus eſt aſininum.
Plus nutritiuum uaccinum ſic & ouinum
Si febriat caput & doleat non eſt bene ſanum

Tertium

Tertiũ documentũ eſt ꝙ lac uaccinũ & ouinũ ſunt magis nutritiua: quia pinguiora & groſſiora ſunt aliis: ut dicit Aui.ii.can.ca.de lacte. Et ibidẽ de lacte uaccino dicit lac oĩs aĩalis: cuius ꝑgnatio ꝓlixior eſt ꝑgnatione mulieris ẽ malũ: q̃ pp ꝓportiõabile eſt illud qd̃ ꝓximũ eſt ſicut uaccinũ. Ra.uero in Alman.c.de lacte dicit. Vaccinum.n.lac omni lacte cuiuſq; animalis alterius groſſius iudicatur: qd̃ etiam omnibus ſui corporibus pinguedinem adipiſci uolentibus cõuenientius exiſtit. Quartum documentum eſt ꝙ lac nocet habẽti febrem & dolorem capitis. Cuius cauſa dicta eſt ſupra ibi. Perſica poma pira.

¶ Hic autor põit ꝓprietates butiri.q̃s ipm̃ iducit ĩn corpe humão.

## Lenit & humectat ſoluit ſine febre butirum

Pría eſt ꝙ butirũ lenit uẽtrẽ ſiue mollificat atq; lubrificat: hãc ꝓprietatẽ facit ſua unctuoſitate. Secũda ꝓprietas eſt ꝙ butirũ eſt humectatiuum: qa ex melioribus ptibus lactis cõpoſitũ eſt: & ita ſibi cõuenit humectare ſicut & ipſi lacti a quo extrahiť. Tertia eſt ꝙ ſoluit uẽtrẽ.i.eſt ꝓuocatiuũ ſeceſſus: & hoc lac facit: qa lubricitatẽ inducit inteſtinis. Et iſtas ꝓprietates eius ẽt ponit Auic.ii.can.c.de butiro. Et inducit butirũ iſtas tres ꝓprietates in corpe nõ febricitatẽ. Nociuũ tñ eſt corpi febricitãti: qa butirũ ſola unctuoſitate de facili inflãmať: & ĩ febricitãte calorẽ augmẽtat. Circa iſtud ſciẽdũ eſt qd̃ licet butiꝝ inducat ꝑdictas ꝓprietates rõne tñ ſuę nimię hũiditatis & unctuoſitatis nõ ↄpetit uia cibi ſpãl'r ĩ q̃titate notabili. Primo.n.ſiquis eo utať in q̃titate notabili abominationem iducit & facit cibum ſupernatare in orificio ſtomachi: & uentrem plus debito laxat: & uomitum inducit. Nullo ergo modo butirum eſt comedẽdum u'a cibi in q̃titate notabili: & ſpecialiter nõ comedatur poſt alios cibos: ſed ad cõdimentum cibarioꝝ ſatis conuenit.

¶ Hic ponũtur q̃tuor ꝓprietates ſeri.i.aque lactis. Quaꝝ pría

## Incidit atq; lauat penetrat mundat quoq; ſerũ.

eſt qd̃ ſerum eſt inciſiuum ſiue ſubtiliatiuũ. Secũda eſt qd̃ eſt lauatiuum ideſt abſterſiuum. Tertia eſt ꝙ eſt penetratiuum: & iſta ſequitur ex pria. Quarta eſt quod ſerum eſt mundificatiuum ideſt ſolutiuum ſiue purgatiuum. Et tres iſtarum proprietatum narrat Aui.ii.cano.ca.de lacte dicens: quod aqua eius ſcilicet lactis eſt ſubtiliatiua lauatiua & ſolutiua: & in ipſa non eſt mordicatio. Ra.uero in Alman.dicit quod ſerum colerã rubeã expellit: ſcabiei quoq; atq; puſtulis: necnõ eis puſtulis quæ in facie naſcunť, hyctericię ẽt; atq; ei cui fortis uini potus nocuit: auxiliũ prębet.

¶ In hoc tex. autor duo facit. Primo ponit. iiii. ꝓprietates caſei. Quaꝝ

Caſeus eſt frigidus ſtipās groſſus quoqꝫ durus
Caſeus & panis bonus eſt cibus hic bene ſanis
Si non ſunt ſani: tunc hunc non iungito pani.

pria eſt qđ caſeus eſt frigidus ideſt frigidę naturę & iſtud intelligēdū ē de caſeo recēti: qui eſt frigidus & humidus: & nō de ueteri q eſt calidus & ſiccus, ut uult Aui. ii. cano. c. de caſeo. uel pōt intelligi de caſeo q fit ex ſola coagulatōe lactis abſqꝫ alicui⁹ alteri⁹ rei cōmixtiōe. Repit. ṅ. caſeus calidę naturę calefaciēs ſtomachū ac linguā mordicās ex cōmixtiōe reꝝ ſibi admixtaꝝ: ſicut eſt aliqs caſeus uiridis q ſi ī magna q̄titate ſumat̄ multū calefacit corpus. Secūda ꝓprietas eſt qđ caſeus eſt ſtipās. i. cōſtipatiuus ſiue durū uētrē efficiēs. Et iſtud maxīe hēt ueritatē de ueteri & multū coagulū hn̄te. Tertia eſt qđ caſeus eſt groſſus. i. groſſi humoris gn̄atiuus: qđ ueritatē hēt de oī caſeo: qa oīs caſeus ex groſſiori & terreſtriori pte lactis ſit. Quarta eſt qđ caſeus ē durus. i. duriciē uētris efficiēs. Et iſta pōt eſſe eadē cū ſecūda. Deinde dicit tex. quod caſeus q̄uis ſolus ſumptus ſit inſanus: ex quo male digeſtionis eſt: ut ꝑdictū eſt: tn̄ ſi in modica q̄titate miſceat̄ pani: cū ipſo pane digeſtibilis fit. alias non: & iſtud ueritatē habet in corpore ſano. in ęgro autē non. Et de caſeo prius dictum eſt ibi. Nutrit & impinguat.

Ignari medici me dicunt eſſe nociuum
Sed tamen ignorant: cur nocumenta feram
Languenti ſtomacho caſeus addit opem.
Si poſt ſumatur terminat ille dapes
Qui phyſicā nō ignorāt hęc teſtificant̄

¶ In hoc paſſu autor fingit pſonā loquētē in ſpē caſei cōtradicentes uſum caſei eē īſanū. Et dicit loquēs in pſonā caſei. Ignari medici. i. medicinā ignorātes dicūt me caſeū eſſe nociuū: ſupple ul'r ignorāt cām: cur naturę humanę nocere dicor. Et poſt hoc tangit autor duas utilitates ſumptionis caſei. Pria utilitas eſt qđ caſeus cōfert ęgrotāti ſtomacho. Et circa iſtud eſt notādū qđ oīs caſeus cōfert opē oī ſtomacho lāguētiū: ſed ī certis caſibus oīs caſeus nocet. ſ. ſtomacho rare texture: & oī ſtomacho debilitato ex longa ęgritudine: ſed caſeus recēs & nocuus non multę uiſcoſitatis opē cōfert ſtomacho calido: qa teſte Ra. i. Almā. aduſtionē & caliditatē eius reprimit: & ſtomacho ēt ſicco ꝯfert pp eius hūiditatē. Et talib⁹ ſtomachis multū nocet caſeus āntiqu⁹ ſiue multū acutus uel multū coagulū hn̄s. Sed ſtomacho hn̄ti multa fleumata eius pelliculis adherētiā multū

cōfert caſeus antiquus uel multū coaguli habēs: qa talis ſui acuitate flem ma incidit & abſtergit, Sed tali ſtomacho maxime nocet caſeus recens & mollis. Et ſic patet qđ in aliquo caſu caſeus ſp nocet: & in aliquo non: & qđ aliqñ caſeus recens ꝓdeſt & aliqñ uetus. Secunda utilitas eſt quod caſeus ſumptus poſt cibū terminat ip̄m: qa facit cibū deſcendere ad illū locū in quo uiget digeſtio. ſ. ad fundū ſtomachi. Et iſtud totum ſciunt: qui ueram ſniam medicinę habēt. Et de caſeo acuto dicit Ra. in Almā. Verūtamē cū poſt comeſtionē parua ex eo guſtatur q̄titas os ſtomachi corroborat: ſacietatem quoq; nimiam atq; faſtidium quę ex dulcibus & unctuoſis nutrientibus in ore ſtomachi proueniunt aufert.

Inter prandendum ſit ſępe parumq; bibēdum
Vt minus ęgrotes nō inter fercula potes

℄ Hic ponit. ii. documēta. quoꝝ primū eſt qđ prā dēdo. i. comedē do aliqs debet ui ciſſim poſt ſumptū paꝝ & ſępe bibere: ita qđ nō debet prio totū cibum ſumere: & poſtea potū. Et iſtū uerſū primū aliq nō habēt: qa reuera idē uerſus in forma prius expoſitis eſt. ſecūdū documētū eſt qđ inter duas comeſtiōis ſicut inter prandiū & cenā debemus ꝓ poſſe potū euitare: & hoc ſi cibus ſumptus in ſtomacho nondū fuerit digeſtus: niſi magna ne ceſſitas aſſit: qa talis potus ſumptus īpedit & interrūpit digeſtionē cibi prio ſumpti: cibū facit indigeſtū de ſtomacho deſcēdere: atq; appetitū deiicit circa cibū in cena ſumēdū & corpus grauat: & ad diſpoſitionē in q̄ hō neq; ſanus neq; eger eſt inclinat: ſiue ad diſpōnē pręueniētē febrē.

Vt uites penam de potibus incipe cenam

℄ Hic autor inuit qđ cenā debet īcipi a potu. Et aliq exponunt metrū iſtud. Si tuuis uitare penā. i. īfirmitatē pri⁹ potes in pricipio cene anq̄ comedas: ſed iſta expoſitio nō ualet: qa ſm medicos regularius ē a cibo cenā īcipe q̄ a potu. Et q̄uis iſte liber directus ſit anglicis: ip̄i tñ hāc ſnīam nō obſeruāt: qa regulariter q̄cūq; hora diei potū ſumūt ꝑponunt morſum panis: iō aliter pōt exponi uerſus iſte accipiēdo potū ꝓ cibo liq do & facile digeſtibili: ſicut accepit. Ipoc. potū. ii. pti. āpho. ibi facile eſt repleri potu q̄ cibo ita qđ ſenſus iſtius uerſus ſit qđ melius ē cenā īcipe a potu. i. cibo liqdo: & facile digeſtibili. Cuius rō ē: qa ſi cibus liqdus & facile digeſtibilis poſt ſumat cū in nocte ſupueniēte fortificet calor digeſti uus cibus liqdus & facile digeſtibilis lōgo tpe erit digeſtus ante groſſum & difficulter digeſtibilē: & cū non poterit habere exitū pp cibū groſſum nōdū digeſtū nimis aduret: uel ſi exeat groſſum ſecū rapiet cibū nondū

digeſtum plene. Melius eſt ergo ut iſte cibus liqdus & facile digeſtibilis prius ſumat: ut tempore quo digeſtus ſit exitū habeat nullo repugnāte.

Singula poſt oua: pocula ſume noua
Poſt piſces nux ſit: poſt carnes caſeus aſſit
Vnica nux ꝓdeſt: nocet altera: tertia mors eſt

¶ Hic autor ponit aliqua documenta. Primum eſt poſt ſumptionē cuiuſlibet oui recentis ſuppe & mollis debemus ſumere potū: maxime hauſtū uini: cuius cā pōt eſſe: qa ouū recens & molle eſt optimi nutrimēti & facilis digeſtiōis: & eſt de his q̄ in modica q̄titate multū nutriūt: & p̄cipue eius uitellus: ut dictū prius ibi. oua recētia: ſic ergo uinū qđ ē amicū naturę facit qđ ouū auidius ad mēbra trahit & ad eius penetrationē iuuat: & cā alia ēt pōt eſſe: qa ouum tarde p mery deſcēdit: potus ergo uel uinū iuuat eius deſcēſum. Secūdū documētū eſt poſt comeſtionē piſciū debem⁹ ſumere nuces loco caſei: qa nux ſua ſiccitate īpedit gñationē fleumatis qđ gñari ſolet ex piſcib⁹: & hinc eſt qđ in q̄drageſima ultimo dant nuces. Tertiū documentū eſt qđ poſt comeſtionē carniū debemus ſumere caſeū & nō nuces: qa nuces nimiū exſiccarēt & caſeus nō: ſed facit cibū deſcēdere ad fūdū ſtomachi quo uiget digeſtio: & iſtud ē uerꝫ de caſeo mediocri īter ueterē & nouū. Deinde ſubdit text. in ultimo uerſu qđ unica nux. ſ. nux muſcata ꝓdeſt naturę humanę & ꝓficua eſt: qa bonū odorē oris efficit: uiſum cōfortat: & ſimil'r epar: ſplenē & ſtomachū: & maxime os eius: ſm Auic. ii. can. c. de nuce muſcata: ſed altera. ſ. nux auellana uel cōis nocet. Auellana qdē q̄m inſtātiua eſt & gñatiua uētoſitatū in uentre inferiori: & facit zoda: & tarde digeſtiōis: & excitat uomitū: ut habet Aui. ii. ca. c. de ea. nux uero cōis: qa ēt facit zoda & difficilis ē digeſtiōis & mala ſtomacho: & hoc calido pp eius caliditatē. ſed tertia nux. ſ. nux baliſte eſt mors. i. mortē inferēs: qa p baliſtā hoīes interficiunt. Vel pōt iſtud intelligi de nuce mechel q̄ ſm Aui. ii. cano. eſt uenenū ſtupefactiuū: quare mortifera eſt.

Adde potū piro: nux eſt medicina ueneno
Fert pira noſtra pirus: ſine uino ſunt pira uirus
Si pira ſunt uirus: ſit maledicta pirus.
Si coq̄s antidotū pira ſunt: ſed cruda uenenum
Cruda grauāt ſtōachū releuat pira cocta graua
Poſt pira da potū: poſt pomū uade ſecatū. (tū.

¶ In hoc primo uerſu autor dat unū documētum dicēs qđ nos debem⁹ poſt eſum piroꝝ ſumere potū. ſ. uinū cuius cā ſufficienter dicta eſt prius: quia pira ſunt gñatiua uētoſitatis & de ꝓprietate colicā inducētia & ſanguinē

aquoſitate replētia:& ergo cū eis debet potari uinū : & maxime forte & calidū qđ eſt uētoſitatū carminatiuū & aquoſitatū cōſumptiuū : q̄s indu cūt pira. Secūdo dicit tex. qđ nux eſt medicina ueneno.i.remediū cōtra uenenū:ut prius dictū eſt ibi. Alea nux ruta. Deinde in ſecūdo & tertio uerſibus īnuit qđ pira ſumpta ſine uino ſunt uenena.i.naturę recētia pp cām dictā in prio uerſu. Verū eſt tñ qđ pira nō ſunt uirus.i.uenenū ſimpliciter:qa ſi ſic comeſtio eoꝝ mortē īduceret:& pirus ea portās eēt maledicta. Deīde in q̄rto uerſu autor īnuit qđ pira cruda ſunt uenenū.i.nocumētū inferētia:qa faciūt ebulitiōe humoꝝ:colicā fleumata & ſcabiē: ſi tñ ipa coquanť ſunt antidotū.i.medicina mō quo dictū eſt ſupra cum uino:& maxime ēt poſt alios cibos ſumpta:qa ſic iuuāt ad expulſionem fecum. Deinde in qnto uerſu dicit qđ pira cruda grauant ſtomachū:qa ipm īpediūt a digeſtione & inflatiua ſunt:ſed pira cocta releuant ſtomachū grauatū:& diſponūt ipm ad ſuā naturalitatē. Et in ultimo uerſu ſubdit duo. Primū ē qđ nos debemus poſt pirū ſumere potū pp cām prius dictā. Secundū eſt quod poſt eſum pomi debemus ire fecatum:ideſt ad ſeceſſum:& ſm Aui.ii.can.c.de pomis:poma dulcia & acetoſa quando in ſtomacho inueniunt humorē groſſum ; quādoq̧ deponunt ipſum in egeſtione. Ratio tamen textus poteſt eſſe:quia poma multum inflatiua ſunt uentoſitatem generantia:quæ in ſeceſſu emittetur.

Ceraſa ſi comendas tibi cōfert grādia dona
Expurgant ſtomachū:nucleus tibi tollit lapidem
Et de carne ſua ſanguis eritq̧ bonus

¶ Hic ponūtur tria commoda ex eſu ceraſoꝝ puenietia. Primū eſt qđ ceraſa expurgāt ſtomachū : & iſtud ſm quoſdā ueꝝ eſt qñ ſimul cū eis nuclei terunť:qa ſimul hñt quandā uim abſterſiuā ac mūdificatiuā. Secūdū eſt quod nucleus ceraſoꝝ.i. arillus habet uirtutē frāgēdi lapidē renū uel ueſice ſi ſuccus ſumať uel ex eo fiat lac. Tertiū eſt qđ caro ceraſoꝝ eſt gñatiua optimi ſanguinis & cōfortās ac impinguās:& iſtud expimētū cōprobanť:qa uidemus paſſeres q ſunt aues multū comedētes ceraſa qđ tpe ceraſoꝝ hñt epata multum maiora q̄ alio tpe:ſignū igiť eſt:qđ magnificāt epar & cōfortāt circa illđ eſt notandū qđ duplicia ſunt ceraſa.ſ.groſſa & parua. Groſſa aūt adhuc duplicia.ſ.dulcia & pōtica. Oīa dulcia & parua ſunt inſana de facili corruptibilia ac in corpibus faciētia uermes:groſſa pōtica dicuntur cina:& illa ſunt adhuc duplicia:q̄dā ſunt rubea & mollis carnis:& talia debēt recētia comedi & in principio menſe : & hñt uim abſterſiuā ſtomachi atq̧ appetitū incitādi:alia ſunt cina nigra & groſſa ſatis durę carnis : & inter cętera maxime pontica:& iſta debent comedi in fine prandii ſiue cenę

cuius cauſa eſt: qa iſta ſua ponticitate qñ in fine menſe ſumunt claudunt orificium ſtomachi: quo clauſo digeſtio melior ac uelocior fit.

Infrigidant laxant multũ ꝓſunt tibi pruna.

℃ Hic ponũtur duę utilitates ꝓuenientes ex eſu prunoꝝ. Prima ē ꝙ pruna infrigidãt corpus: & iõ portegalẽſes in calida regiõe exiſtentes in decoctiõe ſuarũ carniũ ſemꝑ cõmiſcẽt pruna: & maxime damaſcena. Secunda eſt ꝙ pruna laxãt uentrẽ: & hoc eſt ꝑꝑ eoꝝ humiditatẽ & uiſcoſitatẽ ẜm Gal. ii. alimẽ. Et iſtud eſt ueꝝ de prunis maturis. In crudis. n. que non ſunt matura eſt ſtipticitas: & eoꝝ nutrimẽtũ eſt paucũ. ut dicit. Aui. ii. can. c. de eis. Et iſta ſecũda utilitas licet ẽt multũ cõueniat prunis damaſcenis ſicut eſt prima: maxima tñ cõuenit prunis armenis. i. deportatis ex terra armenia: qa meliora ſunt oĩbus: & uehemẽtius ſoluẽtia ẜm Aui. loco p̃al. Et ꝓ maiori declaratiõe iſtaꝝ utilitatũ: ſciendũ eſt qͩ pruna matura ſunt uſu & nõ ĩmatura: pruna aũt magis naturę ꝯueniẽtia ſũt illa q̃ ſunt figurę ob lõge hñtia carnẽ paucã & durã aliqualẽ ſiccitatẽ declinãtia & corticẽ exteriorẽ tenuẽ: & debẽt eẽ ĩ ſapore nõ uere dulcedis: ſed debet eſſe eoꝝ dulcedo attinẽs alicui acredini: & hmõi ſũt pruna damaſcena: talia. n. pruna infrigidãt ut dictũ eſt: ſunt aũt multę al'ę maneries prunoꝝ quoꝝ uſus nõ eſt approbãdus: ſunt ẽt q̃dã prunela ſilueſtria parua q̃ creſcunt in ſiluis: & nõ ſunt laxatiua: ſed uẽtris reſtrictiua: & ex is aq̃ quæ uẽtris reſtrictionẽ facit: debẽt ãt pruna q̃ ſumunt ꝑꝑ uẽtris laxationẽ primo poni in aq̃ frigida: tũc. n. ꝑfectius infrigidãt & humectãt: & colerã q̃ inueniũt lubricãdo ſoluũt: & ſic ſtomachus melius diſponit ad cibũ recipiẽdũ: & eſt diligẽter notãdũ q̃ pruna humida recẽtia ſũt magis alteratiua q̃uis ſint peioris nutrimẽti & pluriũ ſuꝑfluitatũ: ſed pruna ſicca magis confortant: & melius nutrimẽtũ dant corpi: & ſicut dictum eſt de prunis: ſic ſuo mõ intelligat de ceraſis: ueꝝ tñ eſt q̃ ceraſorũ humiditas eſt ſubtilior: & minus uiſcoſa: unde minus nutriunt quã pruna.

Perſica: cum muſto uobis datur ordine iuſto
Sumere ſic eſt mos nucibus ſociando racemos
Paſſula non ſpleni: tuſſi ualet eſt bona reni

℃ In hoc paſſu tria ponũt documenta. Primũ eſt ꝙ muſtũ eſt bibẽdũ cũ ꝑſicis: uel ꝑſica comedẽda ſunt cũ muſto. Cauſa prime ꝑtis eſt: qa muſtũ eſt calefactiuũ & ebulitionẽ faciẽs in corꝑe nr̃o hãc aũt ebulitionẽ & calefactionẽ ꝓhibent perſica ſua frigiditate. Cauſa ſecũde partis eſt: qa perſica ſunt multum frgida & corpus multũ infrigidãtia: ergo ſuꝑ oĩa debet bibi illud uinũ quod plus

calefacit. Illud aūt eſt muſtū qđ ſcit explētia: & de ordine comedēdi perſica multis & aliis dictū eſt prius ibi. Perſica poma pira. Secundū documentū eſt qđ racemi debēt comedi qñ comedunt nuces & maxie antiq & ſicce: recentes. n. nuces ſane ſunt p ſe ſed antiq̄ ſicce nimiū exſiccāt: & ppter eoꝝ unctuoſitatē de facili inflāmationē i corpe inducūt: q̄re cum eis comedi debēt racemi q reſiſtūt iflāmatiōi & exſiccatiōi cū humectēt: & de nucibus ample dictū eſt ibi. Allea nux ruta. Tetiū documētū eſt qđ paſſula. i. uua paſſa nocet ſpleni: qa inducit opilationē eius: ſed uua paſſa utilis eſt renibus: qa ex quo ipſa eſt urinę puocatiua: ipſa eſt lauatiua renum: ex multa. n. aquoſitate ad renes ducta ipſi renes mūdificant: & de uuis paſſis ſiue paſſulis ēt dictum eſt ſupra ibi. Nutrit & impinguat.

Scrofa tumor glādēs ficus cataplaſmate cedit
Iunge papauer ei confracta foris tenet oſſa.

¶ Hic ponūtur duæ utilitates puenientes ex emplaſtratiōe ficuū. Prima eſt q ficus decocte in aliquo liquore: uidelicet in aqua: & tunc ſuppoſite cum humiditate curant iſtas tres ęgritudines ſcilicet ſcrofulas glādes & tumores: per ſcrofulas intelliguntur inflationes ſub mento circa collum: & dicit ſcrofula a ſcroffa: quod idem ē quod ſus ſiue porca: uel qa iſta ęgritudo multum accidit porcis ppter guloſitatē eoꝝ: uel qa eius figura ſm plurimū aſſimilat porcis, ut uult Aui. in. iiii. trac. ii. c. de ſcrofulis: p glandē uero intelliguntur apoſtemata quæ cōiter ſolent accidere ſub aſcellis: & in inguinibus. & per tumorē poſſunt intelligi inflationes in q̄libet parte corporis. Vnde p iſtis apoſtematibus curādis: & maxime maturandis debet decoq ficus in aqua: & ipſi aquæ debet cōmiſceri modicū aceti: ut acetū iuuet penetrationem uirtutis ficus: & decoctione facta debēt teri in mortario: & deinde miſceri cum modica aqua cum qua bulite ſunt. Vnde cataplaſma proprie eſt medicina facta ex aliqua re & ſucco eius: iuxta illud metrum tunc cathaplaſma facis cum ſucum pomis & herbā. Secunda utilitas eſt qđ ficus cum papauere cathaplaſmate retinent oſſa fracta: & debent decoqui inſimul cū aqua abſq appoſitione aceti: & debēt ſimul teri: & addi eis aq̄ decoctiōis eaꝝ: & tūc ſupponi: & cā iſtius pt eſſe: qa papauer eſt ſtupefactiuū: & p illud tollit dolor q accidere ſolet in fractione oſſium: & puocat ſomnū: ficus ſimiliter facit moueri humiditate ad exteriora: qbus humiditatibus ad oſſa moris: oſſa pñt retinere ad naſcentiam nunquam tamen uere continuari. Aliqui tamen text. habēt loco tenet trahit: & tunc ſenſus eſt melior. Vnde papauer eſt triplex. ſ. albū nigrū & rubeū: rubeū aūt eſt ſilueſtre & uenenoſum & creſcit in bladis & iuuenes ſolent terre flores & facere incauſtum ex ipſis floribus.

ECA UNIVERSITARI

¶ Hic ponunt due opatiões ficuũ. Prima eſt ꝙ ex comeſtiõe ficuũ ſeqt multitudo pediculoꝝ in corpib⁹ humanis: & iſtud maxie ueritatem

Pediculos uenerẽq; facit ſed cuilibet obſtat.

habet de ficubus ſiccis: ut dicit Aui. ii. can. c. de ficubus. Et cã ſm eũ ibi eſt: pp maliciã & corruptionẽ humoris gñati ex eis: & alia cã ẽt põt eẽ: qa ficus ꝓuocãt multũ ſudorẽ: ex quo ſequit gñatio pediculoꝝ. Secunda opatio ẽ ꝙ ficus incitãt appetitũ coeũdi: qa gñant uẽtoſitatẽ q̃ iuuat ad erectionẽ uirgę: & ſilr ſunt multaꝝ ſupfluitatũ & ſperma augmentãtes.

¶ Hic ponũtur duæ utilitates eſculorũ. Primum eſt ꝙ multiplicãt mictũ ſiue urinã:

Multiplicãt mictũ uẽtrẽ dant eſcula ſtrictũ
Eſcula dura bona ſed mollia ſunt meliora

cuius cã põt eſſe: qa indurãt feces: & ſic aquoſitas fecũ ẽ cã multitudinis urinę. Vel põt ſumi cã ſimilis illi q̃ ſumit ex illo amphoriſmo, Vrina nocturna multum facta: modicũ ſeceſſum ſignificat ecõuerſo: qui multas habuit cameras nocturnas de mane habet paucã urinã: cuius cã eſt: qa ſi multa fiat digeſtio multũ de humiditate q̃ trãſire deberet ad ueſicam ſimul cũ ea exit: & ſi urina fiat multa: multũ de humiditatibus q̃ trãſire deberẽt cũ egeſtiõe: & eã magnificare cũ urina euacuant. Secũda utilitas ẽ ꝙ eſcula cõſtipant uentrẽ: & iſtud accidit pp eoꝝ põticitatẽ & ſtipticitatẽ: ex quo infert textus ꝙ eſcula dura ſunt bona: & hoc qa cõſtringũt uentrẽ: & ergo ꝓ ſunt uẽtri nimiũ laxato: ſed mollia eſcula ſunt meliora duris: qa nutriũt & minus uẽtrẽ cõſtipãt. Et circa iſtud eſt ſciẽdũ qđ eſcula minus cõpetunt nutrimẽto: quã poma: pira: pſica: ficus: & ſimilia: quod ſatis oſtendit auſteritas ſaporis eoꝝ & duricies ſubſtãtię eoꝝ poſt q̃ in arbore maturata ſũt: & ergo ex his parũ debet comedi: & magis recipi debent uia medicinę quã cibi: & quia uirtus eoꝝ eſt ſtiptica ualde ſatis competunt in fluxu uentris: & quia eſcula in arbore non molleſcunt mollicię ſufficientem ad eſum: ideo antequam comedantur remolliãtur: & tunc ſunt magis delectabilia guſtui & minus ſtiptica.

¶ Hi ponũt tres proprietates muſti: quarũ. Prima eſt qđ muſtum ꝓ

Prouocat urinã muſtum cito ſoluit & inflat.

uocat urinã cuius cauſa eſt: qa in muſto ſunt ptes terreſtres nitroſe mordicãtes ueſicã cum ad eam ueniunt: & ꝓpter earũ mordicationẽ ueſica citius nitit eas expellere: & ipſum muſtũ: & iſta ꝓprietates intelligenda

de muſtis

de muſtis hñtibus feces mordicãtes ſicut muſta pluria renẽſia: qa muſta hñtia feces groſſas ñ mordicãtes ſed magis opilãtes ĩpediũt urinã ſicut prius dictũ eſt ibi ĩpedit urinã. Secunda eſt ꝙ muſtũ cito ſoluit uel laxat uentrẽ ꝑpter eandẽ cãm dictã in prima ꝑprietate. Tertia eſt ꝙ eſt infla tiuum ꝑpter ebulitionẽ ꝗ facit in corpe ex qua ꝓueniunt uentoſitates. Et cauſę iſtaꝝ duarum ꝑprietatũ dictę ſunt prius ibi: impedit urinam.

Groſſos humores nutrit ceruiſia: uires.
Prẹſtat: & augmẽtat carnẽ: generatq; cruorẽ
Prouocat urinã: uentrem quoq; mollit & inflat
Infrigidat modicum: ſed plus deſiccat acetum
Infrigidat: macerat: melã. dat ſperma minorat
Siccos infeſtat neruos & impinguia ſiccat

¶ In hoc textu autor duo facit. Primo põit octo ꝑprietates ceruiſię quaꝝ. Pria eſt qđ ceruiſia facit in corpe noſtro groſſos hũores: & iſtud maxĩe hẽt ueritatẽ reſpectu uini: & diuerſificaᷓ ceruiſia in generãdo groſſos humores ex pte ſuorum cõponentiũ: nã ceruiſia ex groſſiori ſubſtãtia groſſiores humores gñat. & ex minus groſſa minus groſſos. Secũda eſt ꝙ ceruiſia augmẽtat uires: & iſtud eſt intelligẽdũ de ceruiſia ex optimis granis cõpoſita: ꝗ plurime decoctiõis eſt: cuiuſmodi eſt ceruiſia oſtiẽſis: iſta. n. multũ nutritiua eſt: & ergo uires augmẽtat. Tertia eſt ꝙ augmẽtat carnẽ: & iſtud ꝓuenit pp multã eius nutritionẽ: Quarta eſt qđ multiplicat ſanguinẽ eadẽ de cã: & iſte tres ultime ꝑprietates hñt ueritatẽ de ceruiſia antiqua multũ decocta: & de optimis granis cõpoſita. Quinta eſt ꝙ ꝓuocat urinã. Sexta eſt ꝙ laxat uẽtrẽ: & iſte duę ꝑprietates maxĩe hñt ueritatẽ de ceruiſia clara multũ luculẽta. i. in ꝗ plurimũ lupuli ĩponiᷓ: cuiuſmodi eſt ceruiſia ham burgẽſis: ꝗ ꝓuocat urinã & laxat ꝑpter lupulũ: ipſa tñ nõ ualet debilia ce rebra habẽtibus: qa tales de facili inebriaᷓ ꝑpter multitudem lupuli. Septima eſt qđ inflat uẽtrẽ: & iſtud habet ueritatẽ de ceruiſia modica de coctiõe cocta: cuiuſmodi eſt coyta holandię ꝗ maxime inflat & opilat: & ꝑpterea plurimũ ĩpinguat. Octaua eſt qđ ceruiſia modicũ infrigidat: cuiuſmodi eſt ceruiſia holãdię brabãcię hãnonię & flandrię: & illa ꝗ cõis hõ utiᷓ: & iſta ꝑprietas maxime ueritatẽ hẽt reſpectu uini. Et circa iſtud eſt ſciendũ qđ ceruiſia põt fieri ex auena & ordeo & ex frumẽto. & ſm ꝙ fit ex alio & alio grano eſt alterius & alterius cõplexiõis: ꝗ. n. fit ex ordeo plus attinet frigiditati: qa ordeũ ẽ frigidũ. Quę ẽ fit ex ordeo & auena minus opilat & minus generat uẽtoſitates & minus nutrit: & ꝗ fit ex frumẽto plus attinet caliditati & magis nutrit: & magis opilat: & ꝗto ceruiſia eſt groſſior: tãto eſt deterior: & ꝗto ſubtilior: tãto melior. Et ulterius

eſt ſciendum ꝙ peſſima ceruiſia eſt que fit ex rebus inebriantibus: puta ex grano quod nominatur lolium: & qa iſta maxime dolorē capitis gñat & neruos ledit: deinde ponit textus qnqꝫ proprietates aceti. Quaꝝ pría eſt ꝙ acetum exſiccat: dicit. n. Aui. de eo. ii. cano. ꝙ eſt fortis exſiccationis: & propterea medici ꝑcipiunt tpe peſtis uti aceto cū cibo & ſimiliter cum potu: dicit. n. Aui. in. i. c. viii. doc. v. aceto preterea in cibo & potu uti in peſtilentia eſt nocumenti ipſius ſecuratio. Secunda eſt ꝙ acetū infrigidat proprietate q̄ in eo eſt. Tertia eſt ꝙ macerat. i. facit hominē macrū: & ratio eſt: qa exſiccat. Et iſtud maxime uerum eſt de aceto in ieiuno ſtomacho ſumpto. ut uult Aui. in. I. doc. iiii. c. y. de extenuatione craſſi. Veꝝ eſt tamē ꝙ aſſiduus uſus aceti: maxime in ieiuno multa inducit incōmoda: uiſum debilitat: pectus offendit: tuſſim cōmouet: ſtomachū & epar ledit: neruos & iuncturas uehemēter opprimit: has arteticis doloribus: tremoribus: & paralixibus uexās. Quarta eſt ꝙ acetū gñat melancoliā eo qđ humores infrigidat & exſiccat. Quinta eſt ꝙ acetū minorat ſperma: ꝓpterea qa exſiccat: infrigidat: & macerat: & iſtas proprietates aceti ponit Raſis in Almā. dicēs. acetū frigidū eſt & ſiccū: & qđ maciem efficit: & uires deſtruit: ſperma quoqꝫ minuit: & coleram corroborat nigrā: rubeā uero colerā & ſanguinē debilitat: ciboſqꝫ qbus admiſcet̃ ſubtiliat. Deinde in ultimo uerſu autor ſubdit tria. Primū eſt ꝙ acetū nocet macris: & rō eſt: qa acetū exſiccat: & ſic addit in macredine. Simile. n. additū ſuo ſimili facit ip̄m furere: & ēt oīs cōplexio lapſa ꝑ cōtrariū medicat̃: & ꝑ ſimile deteriorat̃. Secundū eſt ꝙ acetum nocet neruis. ut dicit Auic. ii. cano. ca. de eo. Tertium eſt qđ acetum macerat: ut dictum eſt.

Rapa iuuat ſtomachū: nouit ꝓducere uentū
Prouocat urinā: faciet quoqꝫ dente ruinā
Si male cocta dat̃ hinc torſo tūc generatur

¶ In hoc paſſu ponuntur primo tres utilitates rape temperate cocte: & unum eius nocumētū. Pría utilitas eſt quod rapa iuuat ſtomachum: qa bene digeritur a ſtomacho: nec ip̄e ea grauat̃. Secunda eſt qđ rapa eſt prouocatiua uēti: quod patet experimento. Tertia eſt qđ rapa eſt ꝓuocatiua urinę: ꝑter tñ iſtas ꝓprietates uult Auer. qđ magnā habet ꝓprietatē ī cōfortādo uiſū: nocumētū uero rapaꝝ eſt qđ aſſiduatio rapaꝝ nocet dētibus. In ultimo āt uerſu ſubdit̃ qđ rapa male cocta tortiōes facit in corpe: qa multiplicat uentoſitates: iuxta illud uentū ſępe rapis ſi tu uis uiuere rapis. & eſt ſciendū quod caude rapaꝝ fortiter uentrē laxant: pro maiori noticia ſciendū eſt quod rape inter radices magis cōueniūt ad corpis nutritionē: quod ſatis oſtēdit̃ ex amicabilitate ſui ſaporis: hec. n. cōplexio ē omnibus edulis quod

amara & pungitiua minus alimentũ dant corpi & dulcia magis: qa ergo rape radicibus aliis ſunt dulciores & minus pungitiue: magis cõpetunt uia cibi: ſed generant ſanguinẽ groſſum & melancolicum ſi digeſtiua ſit debilis: & bonum ẽ qd depurentur a prima aqua: & nullo modo debẽt comedi crude & incitant ad coitum: & uias mundificant urinales.

Egeritur tarde cor: digeritur quoq; durę
Similiter ſtomachus melior ſit in extremitates
Reddit lingua bonũ nutrimẽtũ medicinę
Digeritur facile pulmo cito labitur ipſe
Eſt melius cerebrum galinaꝝ reliquoꝝ

¶ In iſto paſſu notatur quinq;. Primũ eſt qd cor aĩaliũ comeſtum tarde digerit: & rõ ęſt: quia caro cordis ẽ caro melancolica q̃ difficulter digerit: & tarde deſcendit: & non eſt caro bona ſecundum Aui.ii.can.c.de carne: & nõ multum nutrit.ut dicit Raſis in.Alman. Secundum eſt qd ſtomachus ſimiliter eſt male digeſtionis & tarde deſcenſionis cuius ratio eſt: quia ſtomachus eſt membrum neruoſum cartilaginoſum: quare difficile digeritur: & ergo etiã non generat bonum ſanguinem: deinde ſubdit tex. qd ſtomachus in eius extremitatibus.ſ.quo ad eius fundum: & orificiũ melius digerit: cuius rõ eſt: qa in illis partibus magis carnoſus eſt & magis pinguis. Tertium eſt qd lingua eſt boni nutrimẽti: & hoc quo ad eius radicem, ut uult Aui.ii.can.c.de carne: & rõ eſt: quia eſt facilis digeſtionis & carnoſa: & inter reliquas linguas porcelli: que ablata eius pelle equiparat carni apri: ut ſciunt ſcindentes ante principes. Lingua tñ bouis nõ eſt multũ ſana pp eius nimiã humiditatẽ: leccatores tñ linguis uti uolẽtes añ eaꝝ aſſationẽ imponũt gariofilos: qbus humiditas linguarũ minuit: & ſic aptiores ſunt eſui. Quartũ eſt qd pulmo facile digeritur & facile egerit: & iſtud eſt ꝑpter eius raritatẽ & moliciẽ. Verũ eſt tamẽ qd eius nutrimentũ nõ eſt cõueniẽs nature humanę: qa paruũ eſt: & fleumaticum, ut dicit Aui.ii.cano.c.de eo. Et circa iſtud eſt ſciendũ qd pulmo arietis quãuis non ſit bonus cibus, eſt tamẽ bona medicina: qa ſanat excoriationẽ calcanei ex calciamẽto: ſi ponat ſuper ipſam calidus, ut dicit Aui.loco preal. Quintum eſt qd cerebrum gallinę inter oĩa cerebra eſt melius: de quo dicit Aui.ii.can.qd prohibet fluxum ſanguinis narium: debet tamen cũ ſale aut cũ ſpẽbus comedi: quia de ſe uomitum ꝓuocat. Et circa iſtud ſciendum eſt qd de cerebro pulloꝝ dicunt medici qd augmẽtat memoriã: cerebra uero porcoꝝ naturę non ſunt cõuenientia: ſed cerebrum ouis leporis uel cuniculi cum ſale uel ſpeciebus comedi põt: & de cerebro amplius dictum eſt ibi, Nutrit & impinguat.

¶ Hic ponitꝰ unū documētū: & eſt qđ ſemē feniculi: qđ dicitꝰ maratrū: expellit uentoſitates aut eas diſſoluit; Et rō eſt: qa ē calidū & ſiccū & carminatiuū. Et circa iſtud eſt ſciendū qđ a cōibus q̄ttuor tangunꝰ utilitates ꝓueniētes ex eſu maratri ſiue ſeminis feniculi. Prima eſt qđ cōfert febribus: Secūda eſt ꝙ pellit uenenū. Tertia eſt ꝙ mūdificat ſtomachū. Quarta eſt qđ acuit uiſum. Et de iſto ſolent dari iſti uerſus cōes. Bis duo dāt maratrū febres fugat atq; uenenū. Et purgāt ſtomachi lumē quoq; reddit acutū. Et iſtas q̄ttuor utilitates tangit ēt Aui. ii. can. loquēs de feniculo. Et circa quartā utilitatē nota ꝙ Aui. loco ꝑal. de ſemine feniculi dicit. Democritus exiſtimauit qđ uenenoſi uermes paſcūt feniculi recētis ſemen ut eoꝝ uiſus confortetꝰ: ut uipere & ſerpētes fricāt oculos ſuos cū egrediunꝰ de cauernis ſuis poſt hyemē ſuper ip̄m ut illuminētꝰ oculi eorū. Sciendū ulterius ꝙ feniculus tarde digeritꝰ: male nutrit: & paꝝ: & ergo non cōpetit uia ſibi: ſed magis uia medicinę: nō igitꝰ utendū eſt eo in regimine ſanitatis: niſi ad correctionē malicię quorūdā aliorū ciboꝝ: ſicut interdum cum lactuca comedimus petroſilinū ad reſiſtendum frigiditati & humiditati lactucę: ſic etiam cum cucurbitis pōt decoqui feniculus: & ſimiliter cum rapis ad corrigendum malitiam earum.

Semen feniculi fugat & ſpiracula culi

¶ Hic ponūtur duę utilitates aniſi: quarū. Prima ē ꝙ aniſum cōfortat uiſum. Secunda eſt quod aniſum cōfortat ſtomachū: cuius cauſa eſt: qa aniſum mundat ſtomachū a fleumatibus: & ip̄m calefacit: & ꝓpterea ēt cōfert uiſui: qa nihil ē qđ uiſui magis noceat q̄ īmundicia ſtomachi: qa a ſtomacho im̄mūdo eleuanꝰ fumi īmundi q oculis nocent ꝑturbādo ſpūs uiſiuos: & iſta duo iuuamenta facit aniſū dulce. Et pręter iſtas utilitates Aui. ii. cano. c. de aniſo. plures alias utilitates aniſi ponit. Vult. n. ibi. ꝙ aniſum eſt aperitiuū: dolorū ſedatiuū: eſt uentoſitatū reſolutiuū: ſedatiuū ſitis: cāne ex humiditatibꝰ ſalſis apiriuū: & opilationū epatis & ſplēis gn̄ataꝝ ex humiditatibꝰ: & ſi r renū ueſice: & matricis: prouocatiuū urinæ & mēſtruoꝝ: & mūdat matricē a fluxu humiditatū albaꝝ & ē motiuū coitus.

Emendat uiſum ſtomachum cōfortat aniſum
Copia dulcoris aniſi ſit melioris.

¶ Hic ponitur unum iuuamētū ſpodii: & ē quod ſpodium ſumptū ſanat fluxū ſanguinis: cuius cauſa pōt eſſe: qa ſpodium

Si cruor emanat ſpodium ſumptū cito ſanat

habet uirtutẽ ꝓpriã cõfortãdi epar: & ſic fortificato epate qđ eſt fons & origo ſanguinis: ſanguis ab eo melius retinet: & dicit Aui. ii. cano. c. de ſpodio: qđ ſpodiũ eſt radices cãnaꝝ aduſte. Dicit. n. quo ipſe adurũtur pp fricationẽ ſuaꝝ extremitatũ cũ uẽtus eas perflat. Simon tñ ianuenſis dicit qđ ſpodiũ eſt res cuius origo nos latet: res tñ aduſta uidet & diuiſiões cãnaꝝ aduſtarũ: & nedũ ſpodium cõfert in nimio fluxu ſanguinis: immo ẽt in nimio fluxu uẽtris & uomitu, ut dicit Ra. i Almã. & cõfert ẽt in febribus acutis: ꝯfortat cor & tremori eius: & ſincopi facte ex effuſiõe colere ad ſtomachũ auxiliat, ut uult Aui. loco p̃al. Et eſt ſciẽdũ circa p̃di cta qđ ſicut ſpodiũ habet reſpectũ ad epar & ꝓprietatẽ cõfortandi ipm: ita ſunt alique medicinę q̃ habẽt ſimilẽ aſpectũ & ſimilẽ proprietatẽ con fortandi aliq̃ alia mẽbra ſpãlia: ſicut macis cor: muſcus cerebrũ ligritia pulmonẽ: capperes ſplenẽ: & galãga ſtomachũ: ut patet in his uerſibus.

Gaudet epar ſpodio: mace cor cerebrum quoq; muſco.
Pulmo liquiritia: ſplẽ. cap. ſtomachuſq; galanga.

Vas cõdimenti prępóni debet edẽti
Sal uirus refugat: & non ſapidumq; ſaporat.
Nam ſapit eſca male quæ datur abſq; ſale
Vrunt per ſalſa uiſum: ſpermaq; minorant
Et generat ſcabiem pruritum ſiue uigorem

¶ In hoc textu tria fiunt. Primo ponit unũ documẽtum generale qđ obſerua apud oẽs: & eſt qđ uas cõdimẽti. i. ſalis qđ cõi nomine ſalinũ dicit dẽt preponi in menſa ipi edenti iuxta illud communẽ metrum. Sal primo poni debet primoq; reponi. Omnis menſa male ponitur abſq; ſale. Secũdo tangunt duo iuuamẽta ſalis. Primum eſt quod ſal reſiſtit ueneno: cuius duplex põt eſſe cauſa. Vna eſt: qa ſal exſiccatiuũ eſt: & ſic ſua ſiccitate exſiccat humiditates ex qbus p̃t ſeq corruptio. Alia cã eſt: qa ſal exſiccat & cõprimit humiditates a corpe extrahẽdo. Et ſic claudit poros: & p cõſequẽs ꝓhibet penetrationẽ ueneni q̃ fieri deberet p poros. Secundũ iuuamẽtũ ſalis eſt qđ ſal inducit ſaporẽ in cibariis: nã cõiter uidemus ad ſenſum qđ nulla cibaria ſapiũt ſine cõmixtione ſalis: ut dicit tertius uerſus. Tertio ponunt. iiii. nocumẽta ſalis ſiue cibarioꝝ ualde ſalſoꝝ. Primum eſt qđ cibaria ualde ſalſa urunt uiſum. i. depdunt uiſum uel nocẽt uiſui: cuius cã põt eſſe duplex. Primus eſt: qa res nimiũ ſalſe inducũt nimiam ſiccitatẽ: q̃ eſt cõtraria oculis: q ſunt inſtrumẽta uiſus: cũ oculi ſint de natura aq̃: ut dicit in de ſenſum & ſenſato. Secunda cã eſt: qa cibaria multũ ſalſa ſunt prurituia & mordicatiua mõ ut ſupius dictũ eſt a cibariis mordicatiuis i ſtomacho exiſtẽtibus eleuant fumi mordicatiui: q ſui mordi-

catiōe oculis nocent:ac ipſos multū rubrificāt. Et ergo uidemus qđ bu⸗
liētes ſal rubeos cōiter hn̄t oculos. Secūdū nocumētū ē qđ cibaria mul⸗
tū ſalſa minorāt ſpma:& rō eſt:qa cibaria multū ſalſa multū exſiccāt oēs
humiditates corpis q̄re ēt ſpma exſiccat̃ & ſic minorat̃. Tertiū nocumē
tū ē qđ generāt ſcabiē. Cuius rō eſt:qa ſal generat humorē acutū mordi
catiuū aduſtū q etiā eſt cā ſcabiei. Quartū nocumētū qđ augēt pruritū.
Et rō eſt:qa generāt humorē mordicatiuū & prurītiuū: & iſta quattuor
nocumenta cōmemorat Raſis in Almā. de ſale dicens:eorū ꝑterea ſan⸗
guinē q multā ex eo ſumpſerint quantitatē adurit:uiſum quoq; debilitat
atq; minuit ſperma & generat prurītū & ſcabiē: & preter iſta nocumēta
per ſalſa.i. multū ſalſa inducunt ſerpigines & impetigines:morpheam:
leprā:indiſpoſitis:& uias urinę excoriant cū diu cōtinuantur. Moderate
tamen ſalſa faſtidium auferunt appetitum excitant atq; acuunt.

Hic feruore uigēt tres:ſalſus:amarus:acutus
Alget acetoſus ſic ſtipans ponticus atq;.
Vnctus & inſipidus dulcis dāt tēpamentū.

¶ In hoc textu ponunt̃ qualita⸗
tes cuiuſlibet ſa⸗
poris. Et primo
dicit̃ qđ iſti tres
ſapores. ſ. ſalſus:
amarus:& acutus calefaciūt corpus ſumētis ipſos. Secūdo dr̃ ꝙ iſti tres
ſapores. ſ. acetoſus:ſtipticus:& pōticus infrigidāt. Tertio dr̃ ꝙ iſti tres
ſapores. ſ. unctuoſus:inſipidus:& dulcis ſunt tpati:nec inducūt in corpe
caliditatē aut frigiditatē:& ꝑ intellectu āpliori:ſciēdū eſt qđ ſm̄ Aui. ii.
cano. trac. i. c. iii. octo ſunt ueri ſapores q ſequunt̃ inſipidū:& ſunt dulce
do:amaritudo:acuitas:ſalſedo:acetoſitas:ponticitas:ſtipticitas: & un⸗
ctuoſitas:enumerādo tn̄ inſipiditatē ꝑ ſapore ſicut textus facit hoc: tūc
ſūt nouē ſapores:& capit̃ hic ſapor ꝑ oī eo qđ guſtu iudicat̃:& īter iſtos
ſapores tres ſunt calidi:ut dicit hic tex. ſ. ſalſus:amarus:& acutus: & ſm̄
Aui. lo. ꝑal. Acutū eſt calidus:deinde amaꝝ:& deinde ſalſum:qm̄ acutū
eſt fortius ad reſoluēdū:incidēdū:& abſtergēdū q̄ amaꝝ:& inde ſalſum
eſt ſicut amarū:cōfractū cū humiditate frigida. Et tres de iſtis ſaporibꝰ
ſunt frigidi. ſ. acetoſus ſtipās. i. ſtipticus & pōticus. Pōticus tn̄ ceteris fri
gidior:deinde ſtipticus:& poſtea acetoſus:& pp iſtud in oībus fructibꝰ
q dulceſcūt:prius eſt pōticitas uehemētis infrigidatōis:deinde poſtq̄ ꝑ
calorē ſolis digeſtiuū aliquo mō digeſtū ſunt fructus apparet ī eis ſtipti
citas:& deinde declināt acetoſitatē ſicut agreſta:& poſtea dulceſcunt:&
